



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

Tractatus III. De Parvitate materiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

TRACTATVS TERTIVS DE PARVITATE MATERIAE.

RESOLVTO PRIMA.

Quomodo si cognoscendum, quod in aliquo precepto detur, vel non detur parvitas materia? Ex part. 5. tr. 5. Refol. 1.

§.1. **L**IBET huic dubitationi respondere cum verbis Nicolai Baldelli in disp. *Theolog. tom. 1. lib. 1. disp. 14. num. 13.* vbi sic ait. Ad dignoscendum utrum

detur in aliquo precepto, aut eius transgressione, materia parvitas & culpa leuitas, an vero omnis materia sit consendanotabilis, & omnis transgressio grauis, optimum videtur, si in obiecto formaliter non confundatur ratio, qua dicitur prae se prima, quia scilicet & ipsa per se, & ratione sui per actum attingitur, non autem ratione alicuius alterius, que intelligatur attingi prius, & ratio, qua dicitur per se secunda, quia attingitur ita per se, vt tamen attingatur ratione alicuius alterius, que intelligitur attingi prius, vt fons explicatur ex physice, quando agitur ad text. 33. lib. 2. de *Animas*, de speciebus potentiarum per actus, & actuum per obiecta: si enim ex ratione ipsa obiecta per se prima oritur notabilis oppositio ad virtutem, & malitia grauitas, non poterit in illo obiecto dari parvitas materiae, & leuitas culpa: si vero oppositio notabilis, & gratitatis culpa solam oritur ex ratione obiecti per se secunda, non autem ex ratione per se prima, omnino dabitur materia parvitas, & culpa leuitas, & hoc modo, quia ratio obiecti per se prima in actu furti, v.g. est, quod res, quae accepitur, sit aliena, & ex hac ratione per se accepta, & praecise considerata, non oritur oppositio notabilis ad iustitiam, & culpa grauitas, sed hanc solam oritur ex eo, quod res aliena sit notabilis, & notabiliter faciat ad usum vitae, quae potest dici ratio obiecti per se secunda, recte dicitur, quod in furto detur materia parvitas, & culpa leuitas, & contra, quia ratio obiecti per se prima in actu in fidelitatem est, vt fides negetur ipsi Deo aliquid reuelanti, & ex hac sola praecise considerata fundatur oppositio grauis ad virtutem fidei; & malitia grauis: non dicitur quod in actu infidelitatis possit dari materia parvitas, & culpa leuitas, sed omnis materia in ordine ad illam sit notabilis, & omnis culpa sit grauis, etiam si aliqui in se ipso sit res minima. Vide etiam Sanchez in *summ. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 2. & 3.* Suarez de *legibus*, lib. 2. c. 28. n. 68.

2. Sed circa supradicta habet aliquam difficultatem Castrus Palauus *tom. 1. tr. 2. 2. disp. 2. punct. 7. n. 2.* quam videat potes penes ipsum. Vnde existimat ex communione sensu Ecclesie & fidelium defumendam esse grauitatem aliquorum rerum, & aliarum leuitatem, que autem haec sint, suis locis examinandum est; fundatur autem hic sensus Ecclesie in naturis ipsarum rerum, aliqui enim ita de se inordinata sunt, vt in qualibet materia reputentur grauissima, quilibet enim idolatria, simonia, iuramentum falsum, infidelitas, despectatio, odium, & contemptus Dei, irritatio Sacramentorum, homicidium, pollutio, fornicatio, & similia de se grauem inordinationem habent, & in quacunque materia constituantur, non variant iudicium; alia vero

ita leua sunt, vt nisi ex aliquo accidenti extrinseco grauia esse non possint, vt verbum otiosum, scurilitas, & alia huiusmodi. Alia vero, qua ideo de se grauia sunt, non semper aequaliter inordinationem habent; vt furtum si fiat in magna, vel parua quantitate, variat enim multum iudicium. Ita Palauus. Verum pro nostro instituto his suppositis ad causas particulares deueniendum est, quos non sine maximo labore in gratiam Studiosorum collegi; ideo quero:

RESOL. II.

An parva materia diversorum praeceptorum coalescant in unum, & efficiant quantitatem notabilem mortaliter peccaminis?

Et quid, si ad omnia hec obligetur ex diversis votis, & pro eodem die?

At an, quando quis voulit indeterminare pro aliquo die andire, v.g. tres Missas, & ex qualibet earum omitteri partem non notabilem, an inquam, peccet mortaliter? Ex p. 3. tr. 6. & Miſc. 2. Ref. 42.

§.1. **V**T si in die facto incidat iejunium, & consequenter quis teneatur eo die ad iejunandum, ad audiendam Missam, ad non laborandum, & si est Clericus in sacris, ad recitandas Horas Canonicas; an, inquam, si ex singulis his obligationibus modicum quid omittat, ita vt omnia illa modica quantitatem notabilem efficiant, peccet mortaliter? Respondeo negatiue, quia nullum praeceptum in materia graui transgreditur, sed multa, singula tamen in leui materia. Et ita docet Sanch. in *sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 16.* qui tamen limitat hanc sententiam, & putat secus dicendum esse, si quis ad omnia hec obligatus sit ex diversis votis, & pro eadem die.

2. Sed haec limitatio mihi non placet, quia non est differentia inter transgressionem voti, & praecepti Ecclesiastici, cum votum obliget eo pacto, quo obligat praeceptum Ecclesiasticum de eadem re, vt docet Catech. in 2. 1. q. 28. a. 1. 2. Sotus lib. 7. q. 2. art. 1. Corduba in *sum. q. 188.* Valentia *tom. 3. disp. 6. q. 6. punct. 4.* Aragon. in 2. 2. q. 88. art. 3. concl. 3. Nauat. in *sum. c. 1. 2. n. 65.* & alij. Ergo si non est mortale, secundum Sanchez, transgredi multa praecepta Ecclesiastica in re leui, neque erit mortale transgreendi plura vota.

3. Sed quid dicendum, quando quis voulit indeterminate pro aliquo die audire, v.g. tres Missas, & ex qualibet illarum omittat partem non notabilem, an, inquam, peccet mortaliter? aliqui affirmatiue respondent, quia sunt partes materiae eiusdem rationis; ergo possum continuari ad constituentiam quantitatem notabilem.

At his non obstantibus, puto probabilem esse contrariam sententiam, quam aperte videtur tenere Suarez de Relig. *to. 2. lib. 5. cap. 5. n. 12. & seq.* lege illum, & non pigebit.

RESOL. III.

An plures parvae materiae coalescant in unum, ut materia grauia ad mortale sufficiens euadat?

C 4 Eo

Et in textu huius Resolutionis quinque casus inferuntur pro phaxi supradicta questione. Ex part. 5. tract. 5. Ref. 52.

S. I. *R* Espondeo quod quotes parua postremi venialis materia nequit cum precedentium materia moraliter continuari, ita ut pro una reputetur, nec effectus relieti continuari moraliter possint, multiplicatio transgressionis pracepti in materia parua non constituit materiam grauem ac culpam lethalem, secus quando materia parua, aut effectus ab eis relieti moraliter continuantur. Ratio est, quia cum in priori eventu omnes ex materia diversa sint, nec in unam coalescant, nec effectus ab eis producti, nequit ex illis grauis materia confundi, sed singula diuina manebunt, & ita paruae. At cum in posteriori casu materia, vel effectus vniuersit, notabilis materia euadet, & ita docet Mollesius in sum. tom. 2. tract. 3. c. 8. num. 70. Castrus Palauus tom. 1. tract. 2. disp. 2. punt. 9. § 4. n. 4. Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 4. n. 9. Suarez de legib. lib. 1. c. 28. n. 11. Reginaldus tom. 1. lib. 15. cap. vii. n. 67. & alij. Vnde cum supradicatis Doctribus propr. tom. 4. tr. 6. Ref. 89.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Ref. 15. § 2. ad fin. 3.

S. II. *N* Egatiam sententiam nouissimam docet Ariaga in Cuv. Theolog. tom. 1. disp. 21. sif. 5. num. 35. vbi sic ait: tertio dico, etiam non obstante hoc periculo, licet res dicta sit falsa, non videri peccatum mortale immutare aliquam circumstantiam falsam, dicendo illam esse à Deo reuelatum: et homo expressi interitis contrarium nocet. Hec pars videtur defendi à Patre Salas tom. 5. in 1. 2. disp. 4. n. 5. vbi licet loquatur ex ueste de eo, qui non sciret hoc facit, sed ex ignorantia crassa, videtur tamen inde inferri, etiam si fiat scienter, non esse mortale; vnde si res haec esset grauis, certe ignorantia crassa non esset grauis. Expressè vero eundem tradidisse hanc conclusionem in manuscriptis testantur nonnulli recentiores.

2. Probatur autem ratione, Primo: nam videntur communis praxis etiam eorum, qui in hac materia delicate conscientiae sunt id ipsum probare. Contra enim, Religiosissimos Viros, & Concionatores, sine peccati mortalium scrupulo narrare historias Sacras, licet aliquando se in vno, aut altero verbo, aut circumstantia parui momenti errare putent; neque ulli cogit sub mortali non affirmare, vt dicta vlo modo in scriptura, nisi ea præcise, quorum certissime quis recordatur: tenuerunt enim id facere, si ea materia esset grauis.

3. Secundò ratione à priori idem ostenditur, quia iuxta communem acceptiōnēm audientium, nullus narrans eam historiam non intendit vlo modo Deum facere auctore mendacij, sed supponit narrans eam tamquam dicta à Deo: quia ita ipse putat; vnde si deprehendatur non contineri res illa in scriptura, non Deo iniuriam facit, sed si ostendit non validi in scriptura versatum, aut male illam legisse, aut denique debili memoria: indirectè autem id videtur aliquam in Deum iniuriam committere: quod Dei scripta perant, vt homo diligenter ea legat, nec ita fatim proferat vt dictum à Deo id quod reuera dictum non est: hæc autem negligientia non videntur in circumstantia aliqua leui esse materia mortalis: vt patet in humanis: quod enim qui in littera Imperatoris vnicum, vel alterum verbum mutet, non censeat grauis Imperatoris iniuria. Hæc Ariaga.

Sed scio ab hac opinione viros doctos dissentire, & de hac questione alibi à nobis actum est.

4. Notandum est tamen hinc obiter, me olim docuisse, posse aliquem interrogatoria examinandi manifestare, si certo sciret, illos esse sufficienes, & doctos, fed in præ timore, & verecundia, non bene responsuros; & cetero dixi hæc etiam procedere quoad Episcopos examinandos, ex rationibus ibi adductis, sed quando haec facta, absenti nesciebam examinatores Episcoporum præbere suorum

titiam non expresso vero beneficij valore in modico, non modicus defectus non vitiat actum, nec levius lenitatis omissione obest.

RESOL. V.

An mutare circumstantiam leuem in Historia sacra Scriptura, si peccatum mortale?

Et obiter queritur, an examinatores Episcoporum non possint aliquid Episcopis examinandi manifestare, si sint doctissimi, & praे verecundia timuerint, non bene responsuros, & hoc ratione iniuriant, quod supradicti Examinatores faciunt?

Et quid, quando aliqui examinantur in concusa propriam damnum tertii?

Et etiam cursum, & obiter queritur, an habens principium comedendi laetitia in diebus ieiuniorum possit come leue saginam? Ex part. 10. tract. 16. & Muc. Ref. 38. alias 37.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Ref. 15. § 2. ad fin. 3.

S. III. *N* Egatiam sententiam nouissimam docet Ariaga in Cuv. Theolog. tom. 1. disp. 21. sif. 5. num. 35. vbi sic ait: tertio dico, etiam non obstante hoc periculo, licet res dicta sit falsa, non videri peccatum mortale immutare aliquam circumstantiam falsam, dicendo illam esse à Deo reuelatum: et homo expressi interitis contrarium nocet. Hec pars videtur defendi à Patre Salas tom. 5. in 1. 2. disp. 4. n. 5. vbi licet loquatur ex ueste de eo, qui non sciret hoc facit, sed ex ignorantia crassa, videtur tamen inde inferri, etiam si fiat scienter, non esse mortale; vnde si res haec esset grauis, certe ignorantia crassa non esset grauis. Expressè vero eundem tradidisse hanc conclusionem in manuscriptis testantur nonnulli recentiores.

2. Probatur autem ratione, Primo: nam videntur

Sup. hoc in Ref. 10. præ terita. § 1. & 2.

Sup. hoc ibi dem §. 3.

Sup. hoc in tom. 7. tr. 5. Ref. 41. in principio, & in §. Sed ita

do. & infra tr. 7. lege doctrinam in ref. 7.

RESOL. IV.

An in subreptione gratia detur parvitas materia? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 33.

S. I. *A*ffirmatio respondeo cum Riccio p. 2. dec. 1. 208. n. 5. vbi docet gratiam non dici subrep-

De paruitate Materiæ. Resol. VI. &c.

33

ramentum non manifestandi examinandi neque in genere, neque in specie ea de quibus interrogari debent; Ideo nunc ratione dicti Iuramenti illam opinionem prorsus refello, & astero examinatores Episcoporum non posse aliquid Episcopis examinandi manifestare, etiam si sint doctissimi; & præ verecundia timeatur, non bene responsum. Et ego factus examiner Episcoporum a fel. mem. Urbani VIII, ratione dicti Iuramenti hoc semper in præ rigidissime obseruauit, nec aliter obseruandum esse puto; & sicut alibi dixi, doctrinam à me superioris positam non esse inveni, nec intelligam, quando aliqui examinarentur in concurso, propter damnum tertii: sic etiam tunc affero, non procedere in examine Episcoporum, ratione præstiti iuramenti.

5. Nota etiam, me olim cum multis Doctoribus docuisse, habentem priuilegium comedendi lacteina in diebus ieiuniorum, posse comedere saginam: Sed modo, re melius considerata, prorsus negatiuam sententiam sustinendam esse puto.

RESOL. VI.

An in conscientia erronea detur paruitas materia? Sed difficultas est, quando conscientia erronea non distinguunt, an mortale sit, vel veniale, sed solum confusè propinquit actio mala, an tunc peccatum mortale sit?

Ex part. 5. tr. 5. Ref. 31.

5. A Ffirmatiuē respondeo cum Azorio tom. 1. lib. 1. c. 8. q. 5. vbi sic ait: Quaritur an sit lethale, an veniale peccatum contra conscientiam errantem agere; Respondeo interdum esse lethale, interdum veniale peccatum, pro varietate materia gravis, vel magna, vel leuis & parue, in qua conscientia errat, & pro varietate iudicij quo aliquid suadendo, vel monendo aberrat à lege. Potest enim accidere, vt conscientia existimat aliquid esse veniale peccatum, & quatenus tale vitandum, necet alioqui sit materia gravis. Item potest existimare aliquid esse crimen lethale, & quatenus tale caendum & fugiendum, cum tamen res sit aliqui leuis, vel media, & indifferens. Ita ille, quem sequitur Alphonse de Leon de offi. Confess. p. 1. recoll. 7. mem. 21.

2. Sed difficultas est, quando conscientia erronea non distinguunt, an mortale sit, vel veniale? sed solum confusè propinquit actio mala, & tunc peccatum mortale adesse docet vterque Sanchez, Thomas, & Ioannes, hic in select. disp. 18. num. 1. ille in summa, tom. 1. lib. 1. cap. 1. n. 9. quibus addit. Castrum Palauum tom. 1. disp. 1. punct. 1. n. 6. quia cum amplecteris obiectum venialiter malum, dubitans an sit mortale, peccatis mortaliter secundum omnium sententiam, quia te exponis, periculo mortale committendi. Sed quando tibi representatur obiectum malum, prohibitur, neque distinguens an sit mortale, vel veniale, illud amplecteris, iam quantum est ex tua voluntate periculo committendi mortale te exponis, ergo.

3. Verum Perez ceriam. 10. seholast. num. 29. Salas in p. 2. tract. 8. disp. 2. n. 3. Valentia tom. 1. disp. 2. q. 14. punct. 4. & alij afferunt in tali casu committi solum peccatum veniale, quia voluntas appetens malitiam in communione, non appetit malitiam excedentem culpam veniale, alijs si excederet, non esset veniali, & mortali communis. Vnde vitramque sententiam probabilem esse puto.

RESOL. VII.

An in prohibitione alienationis rerum Ecclesiasticarum detur paruitas materia?

Idem est dicendum de locatione.
Sed difficultas est in supradicta questione, que dicantur terculæ, & quæ res exigui valoris? Ex part. 5. tract. 5. Ref. 57.

§. 1. A Ffirmatiuē sententiam tenendam esse patet Quoad hoc cap. terculæ 12. q. 2. & ita docent DD. quos citat & sequitur Riccius in præxi tom. 1. foliut. 56. quia in generali prohibitione alienationis modica non venient, vt notat Bald. vol. 1. cons. 91. & idem restituo in integrum pro modica lassione non dat, vt docet Burlatus cons. 27. n. 17. & Sforzio de restituñ integr. quest. 4. art. 12. n. 10. & pro modica sterilitate non fit remissi mercedis, vt vult Valascus decif. 30. vide etiam Guttier. cons. 15. num. 7. & sequ. Carder. Pereira in 1. si curare, ver. contrahit. num. 15. C. de integr. rest. minor. & Quaranta in summa. Bull. ver. alienation. 4. vbi notat per sacram Congregationem decimum fuisse, neque constitutionem Pauli II. neque Concilij Tridentini Decretum derogasse dispositioni supradicti textus c. terculæ qui quidem textus procedere non solù in alienatione, sed in locatione etiam tener Thomingus decif. 23. Crotus volum. 1. cons. 96. n. 14. & alij.

2. Sed difficultas est quæ dicantur terculæ, & quæ hoc pro res exigui valoris? Glosa ait quod forte hic textus exi- guas vocat non valentes ultra viginti solidos, refert & mobilibus pretiosis in lequitur Archidiac. in cap. 5. quos, hac eadem causa & Rel. 22. lege questi. Alciat. cons. 23. num. 6. & sequ. Sed probabilius doctrinam est Iudicis arbitrio hoc esse remittendum, qui consue- cius §. 1. tudinem tertie & temporum locorumque qualitatem attendere debet, & impicere conditionem Ecclesie, si sit pauper, vel multum abundans. Ita Quaranta dicit. n. 41. Aloysius Riccius dicta resolnt. 36. in fine.

RESOL. VIII.

An præceptum sub mortali impositum, sub materia leui obliget saltem sub veniali? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 38.

§. 1. R Espondeo affirmatiuē cum Suarez de legibus, lib. 3. cap. 26. num. 6. duo enim sunt in dicto præcepto distingua, unum est, talen rem præcipi, aliud est præcipi sub tali obligatione, vel pena. Primum, vt supponimus, non est iniustum, quia ponimus materiam præcepti simpliciter honestam esse, & in suo gradu iustum, & capacem præcepti. Secundum autem iniustum est. At vero non obstante iniustitia & nullitate quod secundum potest præceptum valere, quod primum quod iustum est, tum quia illud est prius natura, vt sic dicam, & ex se separabile a secundo; tum etiam, quia in his, quæ huiusmodi sunt, vtile per utilie non viriat. Neque intentio præcipientis intellegitur esse conditionata, ita nolit præcipere quod potest, si non potest obligare quantum appetit, sed potius abolutè intendit præcipere, & volendo obligare plus, quam potest, consequenter etiam vult obligare quantum potest, & ita censeo tale præceptum esse validum quod obligationem commenaturam, & proportionatam materie eius, quia quod illam non deest intentio præcipientis, & nihil aliud est quod ibi desideretur. Et ita etiam hanc sententiam docet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 6. c. 4. num. 46. & Baldellus in dispens. Theologicis tom. 1. lib. 5. disp. 10. n. 9.

RESOL. IX.

An contemptus formalis in re leui, v. g. legislatoris hu- mani,

Tractatus Tertius.

34

mani, legis, precepti, consilij, &c. si solum peccatum veniale?
Et quid si sit de legislatore, & praecepto diuino? Ex p. 3. tr. 6. & Msc. 2. Ref. 72.

*Sup. hoc in tom. 6. tr. 1.
Ref. 6. § 1.
ad medium,
vers. Simili-*

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Suarez de legib. lib. 1. cap. 28. n. 24. & alij, quia esse rem ex doctrina tibi imperata est, non obstat quo minus tibi imperetur ex eadem potestate, qua imperatur res grauis; ergo si ex contemptu huius potestatis praeceptum leue violas, ita grauita peccas, ac si violares, praeceptum graue. Dicendum est igitur quod contemptus legislatoris humani, quatenus legislator est, seu violatio cuiuscumque legis, praecepti, & consilij ipsius, ex tali contemptu semper reputato peccatum mortale est, non solum in graui materia, sed etiam in leui.

2. At his non obstantibus ego contrariam sententiam teneo, quam etiam tenet Cajetanus in summa, ver. contempnia, ver. aduerte hum. Armilla codex verb. n. 3. Medina in p. 2. q. 88. art. 4. in fine. Valentia tom. 2. disp. 7. q. 5. punt. 6. in 1. casu, & 10. d. sp. 7. q. 3. punt. 3. consentit Leonardus Lessius lib. 2. c. 46. dub. 6. n. 45. & 46. loquens exprelle non solum de legislatore humano, sed etiam diuino, & affirmans, si nolis illis parere in rebus minimis, vt offendas eorum minima precepta te parui facere, non esse mortale, quod de legislatore diuino negat, & optimè Sanch. in sum. tom. 1. lib. 5. c. 5. n. 1. & 13. in fine. Ratio vero nostræ opinonis est. Quia potes contemnere legislatorem, eiusque praecepta non absoluere, sed quatenus sunt in materia leui, v.g. in silentio seruando; ergo tunc contemptus non videtur grauis, sed leuis. Dicendum est igitur dari posse peccatum veniale contemptus, sicut & inobedientia formalis, si præceptum superioris contemnas non absoluere, sed quatenus est in materia leui.

3. Hinc à fortiori colligitur, si superior contemnatur, non quatenus superior est, sed quatenus est infirma fortis, indectus, imprudens, & ex huiusmodi contemptu nolis ei obedire in re leui, non erit peccatum mortale, quia tunc non contemnitur formaliter eius potestas, sed eius persona ob defectus, quos habet. Item si ex indignatione leui, & prauo aliquo affectu erga superiorem, nolis ei obedire in re leui, non est mortalitas inobedientia. Ita Lessius num. 46. Sanchez n. 13, vide etiam Sancium in seletis disp. 7. n. 13.

R E S O L . X.

An in acceptatione personarum quoad beneficia conferenda, detur paruitas materie?
Ex quo inferatur, an sit leue peccatum prætermittere ordinem misericordia, quando leuis est excessus, v.g. si duo aliqui sunt in extremitate effusione, & secundum ordinem misericordia teneatur aliquis potius unius, quam alteri succurrere propter simul, v.g. consanguinitatis? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 13.

*Sup. hoc in tom. 3. tr. 3.
Ref. 101. § 2.
ad medium,
vers. si vero,
& in aliis
eius annor.*

§. 1. *A*ffirmatiuam sententiam docet Rodriguez in summa tom. 1. cap. 16. ante num. 1. vbi sic ait. De aqui se sigue que la aceptacion de las personas segun su naturaleza es pecado mortal, pues es opuesta à la justicia, dixe de su naturaleza, porque por la pocaedad de la materia puede acontecer algunas veces que sea pecado venial, como si uno eligiere á un amigo menos digno de un oficio de poco momento en la Republica dexando á otro que mejor lo merece, como se dirá en el Capitulo de los beneficios.] Ita ille, & Sotus de iust. lib. 3. q. 2. art. 2. cum Bañez, Salonio, & Valentia penes Turrienum obi. infra, docent non fore

peccatum mortiferum, quando munus, ad quod quis elegiendus est, non est magni momenti, & prætermittit digniori eligitur dignus. Secundo docent non esse mortale, quando licet materia, aut munus electionis magni momenti sit, excessus tamen dignitatis parvus, & modicus est, tunc enim non videtur grauis violatio iusticie distributivæ.

2. Sed Aloysius Turrianus in 2.2. D. Thom. de iustit. tom. 2. disp. 22. dub. 1. n. 6. existimat priorem partem huius sententia veram esse, si contingat materialem electionis esse leuem quod non facile cuenter in electione beneficij & cathedra, Secundam vero partem existimat omnino falsam, neque admittendam, nam materia præcepti non est excessus dignitatis, sed electio dignioris, cui conserendum est beneficium, aut probanda: talis autem actus grauis materia est, & propter eandem rationem mihi nunquam placuit, quod docent recentiores aliqui in materia de charitate esse leue peccatum prætermittere ordinem misericordia positum in præcepto, quando leuis est excessus, v.g. si duo aliqui sint in extremitate & secundum ordinem misericordia teneatur aliquis potius unius, quam alteri succurrere, propter titulum, v.g. consanguinitatis, docent prædicti recentiores non esse peccatum mortiferum violare talem obligationem, quando excessus consanguinitatis parvus est. Sed tunc doctrina admittenda non est, quia in materia præcepti misericordiae, non est maior, aut minor consanguinitas in eo euenter, sed largitio elemosynæ faciendo propinquiori secundum debitum ordinem: talis autem actus magni momenti est, ex quo pender vita eius cui debetur elemosyna ex obligatione ordinis misericordie, qui est in præcepto, & oppositum non existimo utrum in praxi, propter manifestam rationem alignatam; & licet Bañez, ibi, pra. ita explicit suam opinionem de electione minus digni, quando parvus est excessus, velut patrum excessum pro nihil reputari, & virtus que candidatum est, quasi aquæ dignum; hanc tamen doctrinam non admittit idem Turrianus, quia Bañez docet esse peccatum veniale in hoc euenter non eligere dignorem, admittit ergo excessum dignitatis in uno, hoc autem admisso contendit esse obligacionem genui eligendi dignorem, lynde ex his ego puto virantia sententiam esse probabilem.

R E S O L . XI.

An in usura detur paruitas materie? Ex pan. 3. tract. 1. Ref. 30.

§. 1. *N*egatiuam sententiam docet Alfonso de Leone de offic. confess. part. 1. seccell. 7. sum. 37. vbi sic ait. Limitatur lex tò, vt non detur paruitas materie in usura. Ratio est, quia quicquid fortis accidit, usura est, verbum enim quicquid in modico & leui materia etiam verificatur. Ita ille, cuius opinio confirmari potest ex his, quæ adducit Barbosa disp. 1. 1. n. 4. vbi ex multis probat, hanc dictiōne etiam minutissima comprehendere, quod etiam docet Vulpellius in dilectione quicquid, n. 4. Cenedo singul. 89. n. 4. & alij. Sed ego diligenter multos auctores recognoui, non immuno hanc questionem neque unum tangentes. Neque videtur vt usura in quacunque materia constituitur non variare iudicium, vt diximus de magia, heresi, periruio, &c. eti in simonia secundum probabilem. Doctrorum opinionem, vt supra usum est, detur etiam paruitas materie; quare non erit danda in viaturando, tu cogita.

RESOL.

De paruitate Materiæ. Resol. XII. &c. 35

RESOL. XII.

An peccatum insidie ratione paruitatis materia sit aliquando tantum veniale? Ex part. 5. tract. 5. Ref. 67.

§.1. **R**espondeo affirmatiè nam licet inuidia ex genere suo peccatum sit mortale, tamen ratione leuitatis materia potest per accidentem esse veniale; si enim quis doleret de aliqua re leui, in qua non posset proximum æquare, & qua si ab eo auferretur, non esset illi magnum detrimentum, non diceretur peccare mortaliter. & ita docet Duallius in 2. 2. D. Thome tractat. de charitate quæst. 12. circa finem & alij.

RESOL. XIII.

An quando ex leuis indicis quis tenere, & voluntarie de proximo suscipitur, peccet mortaliter? Et in textu huic Resolutionis adducuntur conditiones quas habere debet iudicium temerarium, ut sit peccatum mortale. Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 31.

§.1. **A**ffirmatiè respondet Angelici Doctoris doctissimus interpres Franciscus Sylvius in 2. 2. D. Thom. qu. 60. art. 3. qui citat Bannez, Aragon, & Salonium, & hanc sententiam sequuntur Sotus de inst. lib. 3. q. 4. art. 3. Molina de inst. tract. 4. disput. 17. num. 10. Medina de inst. corsu. lib. 1. cap. 14. §. 37. Villalobos in sum. 10. 2. tract. 14. diff. 19. n. 3. Turrinus in 2. 2. D. Thome, tom. 2. disp. 4. dub. 3. n. 7. & alij quando suspicio estet de granu scelere circa personam honestam, vt de hæresi, de incesta cum matre, de proditione ciuitatis, &c.

2. At contraria sententiam tenendam esse puto, quam docet Ioannes de la Cruz in direct. pr. 8. qu. 1. dub. 2. concl. 2. qui citat Caetanum, Rosellam, Armillam, & Lopez. Idem tenet faber de refit. in 4. sent. diff. 15. q. 3. disp. 4. c. 1. n. 10. Layman in Theol. mor. lib. 3. sect. 5. tract. 1. part. 2. c. 2. n. 6. Nauarra de refit. lib. 2. c. 4. n. 45⁴. Caetanus in 2. 2. q. 60. art. 3. & in sum. ver. iudicium, cum aliis. Et ratio est, quia nullum iudicium circa certitudinem, est peccatum mortale, vt ait D. Thomas, sed ista certitudo tollitur non solum per dubitationem, que in neutrâ partem declinat, sed etiam per suspitionem, & opinionem, quia etiæ suspicio, & opinio vni parti magis adhærent, non tamen id sit sine formidine alterius: ergo, &c. Igitur suspicio de granu si non habet alientum firmum, nunquam erit peccatum mortale. Vnde ex his ego putto multos pœnitentes falsò, sed ignoranter se acculare de jūdiciis temerariis; nam vt iudicium temerarium sit peccatum mortale, opus est ut efficiatur sine iudicis sufficientibus. Secundò, ex plena deliberatione. Tertiò, certò, & sine illa formidine, quia omnia raro simul concurrunt in homine male de proximo iudicante, & præsumtum tertium requisitum, nam multi iudicant cum formidine alterius partis, & tunc non est iudicium temerarium mortale. Sed circa præsentem questionem vide præter DD. citatos Tannerum in 2. 2. D. Thome disp. 4. q. 3. dub. 2. n. 39. Filliicum 10. 2. tract. 40. c. 1. n. 12. & seq. Lessium lib. 2. c. 29. dub. 3. n. 16. Valentiam 10. 3. disp. 5. q. 4. punt. 3. Reginaldum in præs. tom. 2. lib. 2. 4. c. 2. n. 26. & seq. & Ledeßmam in summa tom. 2. tr. 8. c. 2. concl. 5.

RESOL. XIV.

An in iudicio temerario detur paruitas materie? Et an sit peccatum mortale temerè iudicare alterum esse spuriū, vel filium Iudei, aut illegitimum, &c? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 68.

§.1. **R**espondeo affirmatiè, vt quando quis temere iudicat de altero in re leuis momenti, non doctrinam enim erit peccatum mortale, & ita docet Lessius lib. precedens. Ref. e. 29. dub. 1. n. 14. vbi etiam docet non esse peccatum mortale temere iudicare alterum esse spuriū, vel filium Dei illegitimum, quod etiam tenet Petrus Nauarra de refit. lib. 1. c. 4. n. 45⁵. Azorius part. 3. lib. 13. c. 11. q. 4. & alij. Sed huiusmodi hanc sententiam refellit noster doctus Fidei quæstor Ioannes Escobar tract. de puritate & Nobilitate probanda part. 1. q. 8. §. 2. n. 33. cum multis aliis, quia etiæ prædictæ qualitates, postquam homini in natuitate coherent, naturales sint, nec possint ei imputari, tamen cum valde inter nos existimationem ledant, & infamia notam incurrant, iudicium temerarium circa eas, non in re leui, sed in re grauissima proximum ledit, & apud omnes opinionem eius minuit. Verum ego puto viramque sententiam probabilem esse, nisi forte per tale iudicium temerarium, proximum contemnas, aut infames, vt ab aliquo officio, aliove bono consequendo iniquè impediatis, nam in hoc casu peccatum lethale adserit.

RESOL. XV.

An in detractione detur paruitas materie? Et inter aliasque pro præs. prædicta difficultatis adducuntur, tandem que iur. an sit mortale dicere in faciem præsertim viro honorato coniuciandi causa esse filium Clerici, natum ex adulterio, & similia? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 69.

§.1. **L**icet ex genere suo detractione sit mortalis, tamen ratione leuitatis materia, in qua quis intendit famam alterius laedere, potest esse veniale, vt si ex industria aliquam paruam imperfectionem de aliquo narres, & ita tenet Lessius lib. 2. cap. 11. disp. 3. nam. 11. Hinc narrare defectus veniales proximorum, non erit nisi veniale; nisi forte conditio personæ talis estet, vt in ea huiusmodi defectus confitatur non leuis, sed magni momenti; vt si v. g. secundum aliquos dicet de viro grani, & religioso esse mendacem, & sepius mentiri; nam dicere illum semel, vel bis mentium, clarum est non esse mortale. Idem dicendum est ordinariè non esse lethale, reuelare defectus naturales (nisi inde aliquod notabile damnum sequatur) sive illi defectus sint animi, sive corporis; vt si dicas quipiam esse ignarum, parui iudicis & ingenij, sive esse cœcum, gibbosum, &c. Et Petrus Nauarra lib. 2. cap. 4. num. 307. cum aliis idem censet dicendum esse in defectibus natalium; vt si quis dicat aliquem esse filium Clerici, natum ex adulterio, & similia; nisi forte propterea putaretur valde in animo eorum, quibus dicitur, contemndens. Si tamen in faciem hac & similia, præsertim viro honorato, dicantur coniuciandi causa, erit peccatum mortale, quia censetur tunc non leuis, sed grauus contumelia; sicut si vilis sit conditio, nisi forte grauem mortalem putetur concepturus. Et tandem dicendum est non esse peccatum mortale, si in genere dicas aliquem esse superbum, auarum, iracundum, &c. quia hac nomina ordinariè non ita accipiuntur, vt sonent peccata mortalia, sed vt naturalem inclinationem,

clicationem, vel veniales defectus denotent; fieri tamen potest, ut ratione dignitatis persona; de qua dicuntur, vel quia putantur accipienda pro graibus vi-
tiis, si in tali cau peccatum mortale.

RESOL. XVI.

An detractiones leues de aliquo possint peruenire ad damnum graue, sicut furtæ?
Et quid, quando aliquis per plures detractiones leues detrahit pluribus personis?
Et quid est dicendum, quando detrahit leuiter fama Petri, qui plures detractiones etiam leues ab aliis passus est, circa eandem materiam leuem; & quid, si circa diversas materias leues apud eosdem auditores?
Et quid est sentiendum, si in prædictis casibus detracatio Petri sit apud Pralatum?
Et quid vero, si omnes detractiones leues sint circa diversas personas & quid apud eosdem auditores? Ex part. 10. tr. 15. & Misc. 5. Ref. 17.

§. 1. **A**d hanc difficultatem morosam, & practicabilem sic Respondebit Emin. Cardinalis Lugo de luso. tom. 1. disp. 16. sect. 2. numer. 46. Dubitari potest: An quod dictum est de furante parua saepius eidem, habeant etiam locum in eo, qui saepius detrahit eisdem famam in rebus leuibus posse etiam per frequentationem, & repetitionem detractionum circa leuam perueniri ad peccatum mortale cum obligatione graui restituendi. De hoc nihil apud autores inuenio. Sed consequenter item cum proportione videatur mihi dicendum: Nam re vera per plures eiusmodi detractiones potest tandem proximus detrimentum graue in fama pati. Finge enim simul ea omnia de proximo dici quo casu certam videtur, quod possit aliquando grauiter laedi proximi fama apud auditores, si de eo plures defectus vel falsos, vel occultos dicas, quorum singuli leuiter famam laederent, plures tamen non leuiter laudent.

2. Si ergo apud eosdem auditores non simul sed cum interpolatione eadem dicas, facile vniuentur in eorum mente ea omnia, ut non aliter opinentur de proximo, cui detrahit, quam si simul eadem audiissent, dixi si apud eosdem auditores dicas, si enim apud diuersos auditores, qui non ea faciliter communicabunt sibi inuicem dixisse, non videtur esse eadem ratio. Tunc enim apud singulos auditores proximus famam retinere vel integrum, vel ferre integrum, atque adeo non vniuentur leues illæ detractiones ad confundendum aliquod graue detrimentum in famam. Vide à fortiori nec esse graue nocumentum, si leues illæ detractiones apud diuersos de eodem defectu leui multiplicarentur, quia semper apud singulos, & apud omnes fama leuiter solum maculata retineretur. Ita Lugo, qui ibidem postea §. 1. n. 52. recte obseruat quid dicendum in materia famæ, quando aliquid per plures detractiones leues detrahit pluribus personis, sed singulis leuiter conflat ex supradictis. Nam quoad hoc videtur esse differentia inter detractiones, & furtæ, quia licet quod furtæ sint aliquando domini grauiter, & rationabiliter iniuri propter periculum, quod imminet, ne multi ditari velint illo modo furandi leuia à singulis, & hoc modo singulis grauiter laedi possint, si ea furtæ absque graui peccato semper repeti possint, in detractionibus tamen non videtur subesse illud periculum moraliter loquendo. Cum enim ex iis detractionibus non capiatur luxuriam quod alliciat homines ad eas procurandas; non timetur moraliter loquendo tale periculum ex eo quod illæ non prohibeant sub peccato graui. Vnde quando prenitenis cuiusmodi detractiones leues confiteruntur, nunquam Confessarius interrogat de frequentia de-

tractionum ad iudicandum an peruerterint ad mag-
riam grauem propter coniunctionem detrimenti plu-
ribus illati, & inter illos diuisi.

2. Et tandem §. 2. num. 52. optimè obseruat quid dicendum sit quando detrahit leuiter fama Petri, qui plures etiam leues detractiones ab aliis passus est. Si enim omnes illæ detractiones sint circa eandem ma-
teriam leuem, certum est, te non peccare grauiter, cum per omnes illas non patiatur Petrus detrimentum fa-
mæ nisi in materia leui. Si verò sint circa diuersas ma-
terias leues, sed apud diuersos autores, qui eos defec-
tus ad inuicem non communicabant ut possit ex illis
refulare tandem una grauior existimatio contra Petri probitatem, non peccas etiam grauiter, quia a aliis Pe-
trus apud omnes retinet suam famam ferre integrum,
& solum leuiter laesam. Denique si sint circa diuersas ma-
terias, apud eosdem auditores, aliquando potius
mortaliter peccare in illa detractione, v. g. si de-
cet Petro apud Pralatum varijs dixerint varios defec-
tus leues, poterit tandem multiplicari delationibus
circa res singulas leues Pralatus concipere aliquid
graue de Petro, nempe esse negligenter, relaxatum,
parum obseruantem, & curantem de disciplina regulari,
qua si falsa sint, grauiter laeditur eius fama iniuste
apud Pralatum.

3. Quare ultimum detractor in hoc cau non est similius ei, qui ponit ultimum furtum leue, sed ponit ei qui ponit ultimum vulnus leue, quod propter alia leuia vulnera præcedentia afferit mortem Petro, si quo sine illo ultimo vulnere non moritur. Nam fuit excessus damni, quod vulneratum patitur accepte illo
ultimo vulnere supra id, quod eo non accepto patitur, est grauus, nempe ipsa mors; sic excessus damni in fama, quod patitur Petrus postea tua ultima detrac-
tionem supra id, quod ea non possit non patratur, est
grauis, nempe existimatio Pralati de eius negligenti,
& inobseruantia habituali, & frequenti, quam existi-
mationem adhuc non habebat, quare in his circum-
stantiis detracatio tua non est confenda leuis, sed gra-
uus, quia ob debitatem contractam ex aliis leuibus
præcedentibus fama Petri lethali vulnerante
tali detractione, sicut ob alia priora vulnera leuis accep-
ta homo lethali vulnerante vulnere ultimum, si
quoniam leui, ut supra explicuimus, in graui tamen raro
contingit. Et hac omnia docet Cardinalis de Lugo,
ubi sup. quæ passim inuenies apud alios Autores; Es
quia in praxi quotidiana sunt, illa in utilitate ledio-
rum hinc adnotare volui.

RESOL. XVII.

*Quid sit sentiendum de tactibus, & ostensis inter solatas
an semper sint mortalia, vel in eis decur parvissima
teria?*
*Ei an confratio leuiter partium obsecnarum brutorum
& similibus sit peccatum mortale? Ex part. 3. tt. 5. &
Misc. 1. Ref. 90. alias 89.*

§. 1. **C**ommunis sententia Doctorum affirmat esse speccatum mortale, tangere immediate alterius
viri, aut feminæ verenda, quia id de se valde pro-
uocat luxuriam, & commonet sensualitatem, & idem
de tactibus, quibus quis immediate tangere verenda
propria; excusat autem omnes prædicti tactus à
mortali, si fiant ex aliqua necessitate, aut ex leuitate
animi, ita breuiter, ut non habeant periculum magna
commotionis, & eodem modo excusat à mortali qui
tangere verenda super vestem, non intenta villa in
iori delectatione, quam sit illa que prouenit ex tactu
mediato. Alij verò tactus ex se, notabiliter commu-
nentes sensualitatem, videntur etiam mortale, sicut
ofcula.

De paruitate Materiæ. Resol. XVIII.

37

oscula, & amplexus, cuiusmodi autem sunt, si vir tangat crura, vel vbera feminæ: alij verò taetus leuite commouent sensibilitatem, & hi excusantur à mortali, vt si vir tangat digitum, vel manum feminæ; similiter & confricare partes oblicenas brutorum, non videtur communiter mortale. Et hæc omnia docet Iacobus Granado Societas Iesu in 1. 2. D. Thome contr. 6. tr. 4. diff. 7. n. 5. & 6. & alij penes ipsum.

2. Vnde ex his secundum aliquos excusantur à mortali, qui iocuca causa inter natandum atripiunt inter se pudenda, vel leuite tangunt nates, quia ait Sanchez de matrim. tom. 1. lib. 9. disp. 46. num. 12. in tali casu deficit animus libidinosus, nec tanta versatur indecentia, & in honestas, ac inter personas diversi sexus & secundum Granado ebi supra, hæc omnia efficiunt breuiter ex leuite animi; vnde Filiarius tom. 2. tract. 50. cap. 9. num. 200. sic affterit. Non facile dannarem cum, qui simpliciter tantum tactu secretores alterius partes in transitu tangeret.

3. Sed aliquibus magis placet sententia Francisci Sylvii in 2. 2. D. Thom. que f. 154. art. 4. concl. 3. vbi ita ait Quamus si vir viri, aut feminæ partes in honestas tangat ob delectationem, mortale peccatum sit, si tamen ex leuite facerent, vel ioco, abique vello pericolo delectationis, aut motus carnalis, verisimile esse quod solùm peccarent venialiter opinatur Sanchez. Quod putamus admitti posse, si valde breuiter, & quasi per transfectionam hoc fieret; non autem si omnino deliberaret, quia talis leuitas, & iocus deliberatus est nimis turpis, & periculosus. Ita Sylvius. Sed in his materiis cautè procedendum est, & ideo omnia supradicta fugi, & deuita; nec in his materiis, vt supra probatum est, admittenda est paruitas materia.

RESOL. XVIII.

An in rebus venereis detur paruitas materia? Ex part. 3. tr. 5. & Misc. 1. Ref. 1.

§. 1. A ffirmatiuè responder Sanchez de matrim. lib. 9. disp. 46. n. 9. 27. & 40. Zanardus in dis. ref. Confess. part. 2. de sacram. matrim. cap. 41. 9. 18. & Salas in part. 1. dif. 6. sect. 21. n. 149. quia, ait ille, cur ceteris præceptis detur paruitas materiae, & non in hoc? Hanc etiam sententiam docet Villalobos in summa, 1. 2. tr. 40. dub. 9. 3. vbi sic affterit. [T]ambien se ha de adverti que se puede hallar en este pecado paruidad de materia como en otros, quales son los tocamientos leues, como de la mano de una mulger y del pie, con torcerle los dedos, o pisarle el pie, como disen Nauarro, y Cayetano, no obstante que algunos no admiten à qui paruidad de materia.] Ita ille. Vide etiam Scaphitum Frecitum in addit. ad tract. de Confess. sollicit. 9. 7. n. 3. & Sanctum in selectis, disp. 11 n. 22. & hanc sententiam speculativè esse probabilem, docuit Malderus in part. 2. q. 74. art. 10.

2. Verum his non obstantibus proflus negariunt sententiam sustinendam esse puto, quam tuerit Tannerus in part. 2. disp. 4. q. 8. dub. 6. n. 109. Caius Palaus in opere moralis, tom. 1. tract. 1. disp. 2. punt. 19. §. 2. n. 4. Basilius Pontius de matrim. lib. 10. cap. 16. §. 2. num. 8. Lessius lib. 4. cap. 3. dub. 15. num. 109. Rebellius part. 2. lib. 3. q. 19. sect. 3. & hanc sententiam docendant à Theologis Societas Iesu v. decreuit Claudius Aquaviva die 24. Aprilis 1612. Probat hanc sententiam Rebellius, quia cum nulla sit tam exigua forniciatio, quin sit peccatum mortale, & delectatio fortius mortali actus, videtur omnis delectatio mortalis in ista materia esse mortalis. Deinde omnis delectatio venerea, secundum Galenum, est inchoatio quadam pollutionis, itaque sicuti inchoatus actus pollutionis est mor-

Tom. VII.

talis, ita etiam quæcumque eiusmodi delectatio. Et ideo Sanchez in summ. tom. 2. lib. 5. cap. 6. num. 12. de contraria sententia se retractavit. Non datur igitur in rebus venereis paruitas materiae, & contrarium assertere puto periculorum esse.

RESOL. XIX.

An in rebus venereis detur paruitas materia? Ex part. 5. tr. 5. Ref. 5.

§. 1. A ffirmatiuè sententiam docet nouissime Jacobus Marchantius in ag. pastoral. ad Declar. 6. q. 2. vbi sic ait. Oculi etiam iudicantur mortalia, licet quis non intendat copulam, nec in ea delectetur, sed solùm illam voluptatem carnalem, & sensibile, quæ ex oculo oritur, & tamen non intendendo ulteriore. Hæc est communior, & tertiæ sententia. Altera tamen, quæ dicit solùm esse venialis, si absit periculum consensu ulterioris, & periculum pollutionis, non videtur improbabilis: hanc tenet Martinus de Magistris, & aliqui recentiores, in eamque inclinat Nauarro, de penit. 1. cap. 5. in fine, atque rationes huius sententia prosequitur fusè Lessius lib. 4. c. 3. sub. 8. Certe difficile plane est Confessarii peccati mortalis mox condemnare iuuenes nubiles, & procos, quos passim repertis aliquibus oculis ut erga procos, aut pueras, quas visitant, nec sibi hi, vel haec fontant conscientiam gravis peccati, licet aliquam inde voluptatem perceperint, vel quaestient, modò si nulla interuenierit voluntas aliquius attactus impuniti, vel periculum adest, aut confessus ulterioris. Difficile etiam est denegare eis absolutionem sacramentalem, si à similibus oculis abstinerint, cum afferant impossibile inveniret esse, vt non intercurrant quandoque oscula cum aliqua voluptate, eo quod deceat ipsis cōuerfari inter puellas ad ambienda matrimonia, & honestas recreations, & familiaria colloquia eis exhibere. Ratio igitur, cur non videantur statim peccati mortalis condemnandi, est, quia voluptas illa ex oculo captata videtur spectare ad paruitatem materie in hoc genere peccati, & solùm remotè disponere ad voluptatem mortalem, quæ in concubitu carnali est; sic ergo voluptas illa venialis censeri potest, sicut quæ remote disponunt ad alia peccata mortalia, solùm in genere peccati venialis censentur, v. g. litigium disponit ad homicidium, haustus imoratus ad ebrietatem, non tamen mox sunt peccata mortalia. Quapropter etiam voluptas illa inter sponsos & sponsas non censetur peccatum, si sint sine periculo pollutionis, quia minimus remotè solùm disponit ad actum principalem coniugij: ratione verò sponsalium ius ei ad illa competit, quæ sunt solùm dispositio, & præparatio ad matrimonium. Itaque in aliis, quæ sponsi, iudicabitur voluptas illa exigua, sicut venialis, nisi cum magno libidinis ardore sic coniuncta. Vnde adierto multos, qui peccati mortalis condemnant scilicet qui oscula vacant libidinosè. Ita loquitur Cafetanus, Armilla, & alij: id est que videntur loqui de replicatis oculis, & cum mora & ardore libidinis datis. Hucusque Marchantius, qui etiam infra in Corollar. c. 8. sic affterit. Octauus calus est de osculis inter iuueniles, & inuiculas, ex quibus aliqua sensuilia delectatio impura oritur. Atque de his iam dictum est; si fiant cum ardore, & mora, puta replicatis diu in ore oculis ob periculum morale, mortalem ordinariè culpam afftere. Si verò in transitu fiat osculum, coi vix inhaeret, licet voluptas, seu delectatio aliqua capetur, posse secundum opinionem multorum veniale id indicari ob paruitatem materiae. Nam quidam hæc negant, vocari libidinosa oscula quæ passim à Summitis condemnant peccati mortalis, illa enim solùm inter li-

sup. hoc in duabus præcedentibus ref. 5. in alis earum p̄matrum annotationum

bijidinosa

bidinosa recensent, que sunt ex intentione delectationis concupitus, sive pollutionis, aut similis actus luxuriosi. Ita ille.

2. Probari potest haec opinio ex D. Augustino lib. 2, in Julian cap. 10. vbi dicit in hunc modum. Quantum enim ad nos attinet sine peccato semper essens, donec sanaretur hoc malum, si ei nunquam consentiremus ad malum, sed quibus ab illo rebellante, et si non lethaliter, sed venaliter, tamen vincimur, in his contrahimus, unde quotidie dicamus. *Dimitte nobis debita nostra.* Sicut coniuges quando modum generationis necessarium causa solius voluntatis excedunt, sicut continentes, quando in talibus cogitationibus cum aliqua delectatione remorantur, non quidem decere, ex flagitio, sed intentionem mentis, non sicut oportet, ne illo incidat, inde auertentes, aut si incident, inde rapientes. Ita Augustinus. Ex quibus verbis videtur dari veniale in materia luxuriae propter parvitudinem delectationis. Secundum facit quod aliqui delectatio quamcumque venera etiam ex solo visu capta, esset mortalis, quod negat Caeterum & plures alii docet vix, & tamen aspectus illi, quia ab libidinosis sunt, ut tradant multi, quodammodo ex fornicatione speciem fortiuntur. Tertiū non appetit ratio, quare hic non possit excusari levitas materiae à mortali, sicut in aliis peccatis, quorum materia admittunt diminutionem. Nec valet dicere ex Galeno & aliis Medicis cum Rebello lib. 2. q. 1. seqq. & Metella rom. 1. diff. 2. c. 4. diff. 2. num. 120. quod omnis delectatio venera sit inchoatio quedam pollutionis, atque adeo pertineat ad mortali. Itaque sicut inchoatus actus occisionis est mortal, ita etiam quacumque eiusmodi delectatio, nam responderet, quod quando inchoatio tam exigua est, ut actus moralis non censetur physicè secundum substantiam, aut virtute, moraliter loquendo, iam esse, sed solum in dispositione remotori, aut imperfectiori, non erit talis inchoatio mortal, et si actus fuerit mortal. Et tandem non valeret dicere quod inter solutos hanc delectatio semper habet finem operis mortiferum, scilicet copulam carnalem, nam respondet, quod quicquid sit de intentione naturae, morali intentione, non satis perfecte habet ista delectatio finem mortalem, quando dispositio est tam remota.

3. Sed his minimè suffragantibus Baldellus rom. 1. lib. 3. diff. 14. num. 4. & Lopez de Texeda rom. 1. lib. 2. tra. 3. contron. 13. numer. 73. testantur, Clem. VIII. definitius in officio Sancte Inquisitionis non dari in rebus veneris paruitatem materie, &

Prima ref. citata in hoc textu hic est inde in tr. 6. ref. 9. secunda invenitur in 10. ter. 9. Ref. 28. Sententiam Marchantij vbi supra ego reprobavi in 4. part. tractat. 4. refol. 136. & tractat. 5. refol. 5. Vide etiam meipsum in 3. pari. tractat. 5. refol. 1. in quibus locis adduxi Doctores assertentes in rebus veneris non esse dandam paruitatem materie, quibus me citato; nuna adde Cælestium in compend. Theol. hic est ref. antecedens, pari. 1. recollect. 7. num. 32. Possenium de officio Curati, cap. 13. num. 16. Gordonum rom. 1. q. 11. cap. 3. numer. 23. neque enim in his materiis laxandæ sunt habene. Unde hic non grauabor apponere decreta factum à magno illo viro Claudio Aquauia pro Societate, quod est tenoris sequentis. Quia nonnullorum opinio, qui docent etiam in re venera exiguam aliquam delectationem deliberatè quæstatim, propter levitatem materiae excusare à peccato mortali, plurimum obesse posse non solum bona Societatis extimationi, sed etiam puritatem motum, quam tum in nostris, tum in exterris tanti semper facit Societas, & quia propter periculum in quod inducit, ac moralem impossibilitatem distinguendi practice in rem lubrica materiam leuem à graui, à doctis admundum, grauibusque Societatis Patribus, cum quibus ne-

gotium hoc communicauimus, in praxi omnino fallax maximè periculosa, ac puritati valde contraria iudicatur, re mature considerata, statuendum in Domino dominus, ne quis in Societate in postorem vel publice, vel priuatim, non modò vt veram vel probabilem, sed ne tolerabilem quidem villa ratione eam doceat, placere sibi significet, aut secundum illam consilium cuicunque det, quod omnibus in virtute sancte Obedientiae præcipimus, & sub pena excommunicacionis priuationis lectura, vocis actionis, & passus, nec non etiam inhabilitatem ad quælibet Officia, ac aliis non arbitrio nostro indigendis, & ad professionem tales intelligent se minime esse admittendos, & vbi de re fatus constituerit, Provinciales statim exequi debebunt, infra que primo quoque tempore monere, vt re examinata stauerit possimus, an qui rem tanti momenti, aqua nobis tam serio commendata, negligenter, retineri in Societate expediar, atque haec interim, dum (quod futurum speramus) gratus aliquid in hanc doctrinam à supremo Romana Sede statuatur, volumas etiam ut possit manifestationem huius decreti, si quis in polterum aliquem ex nostris contra supradicta delicta quæ moneatur in virtute sancte Obedientiae Superiori operi, Romæ 24. Aprilis 1612. *Claudius Aquaviva.* Et hoc decretum afferit Pater Trimarchi in tr. de Confess. fol. 2. feb. 7. n. 46. & Tancerus in part. 2. diff. 49. 8. doh. 6.

4. Resol. V. p. 139. in fin. refol. add. Et tandem hanc sententiam nonnullis validissimis firmat rationibus Nicol. Baldelli lib. 1. diff. 14. n. 3. & seq. vbi etiam nota Clem. VIII. in officio sancte Inquisitionis contraria opinionem damnasse, unde puto illam neque speculativa, neque in praxi sustinendam esse.

5. Notandum est etiam hic obiter. Lefsum lib. 4. 6. 1. doh. 8. n. 62. docere contrectationem partium verendum, non ex delectatione, sed ex motu cupiditatis, non esse peccatum mortale. Sed haec opinio si tacita efficeretur cum alia persona, mihi non placet. Et ita etiam tenet Sanch. de matr. 10. 3. lib. 9. diff. 4. 6. n. 11.

6. Nota etiam ex dictis me recte his diebus confundisse contra Caict. in 2. 1. 9. 1. 4. art. 4. ad 1. & in verb. chorea, in fine & contra Tabien. in summa. fol. 1. vnum, tangere manum, vel intorquere digitos, vel brachium vellere, aut premere feminæ pedem, ex delectatione qua in hoc faciendo sentitur, sive peccatum mortale, si delectatio qua ex dictis capitur, & propter quam sunt, sit venerabilem, vt dictum est, in tal delectatione non potest dari paruitas materia, quod etiam nonnullis docuit Iac. Gordonus in Tot. mar. lib. 9. 12. 2. 1. & lib. 6. q. 11. 1. 7. §. 2. n. 27.

RESOL. XX.

An in rebus veneris detur paruitas materia? Ex pat. 7. tr. 1. 1. & Misc. 2. Ref. 28.

§. 1. *T*ertiū calamus sumo circa præsentem questionem, & contra me nominatum inorganum affirmatiuum sententiam tenet Iohannes Caramel in reg. D. Cened. diff. 69. num. 1012. & seq. vbi vices sunt acutissimi ingenii argumentando pro hac firmando sententia sic demonstrat, & assertit. In ceteris praep. datur materia parua: ergo etiam in precepto continentia.

2. Das disparitatis rationem, quod fragilis humana sit maxima, & periculum videatur crudens. Sed haec ratio nec est vera, nec sufficiens. Sanè non vera: quoniam non video, cur non possit Petrus leuita feminæ pedem pele comprimere, quin se exponat carenti periculo confessus in vteriore actu. Quis credat non esse possibile quod Paulus ex leui & sensuali curiositate adspiciat transeunte feminam,

qui

De paruitate Materiae Resol. XXI.

39

qui velit vltius progredi, & liberiū peccare; Præterea esto detur tale periculum concomitans, quod re vera non detur. Esto non possit digitum mulieris stringere vel leuiter, sine periculo evidenti consensu; an ideo neganda esset materia parvaminiū, Sane dicendum esset leuem tactum habere duas malitias distinctas, alteram intrinsecam, alteram extrinsecam. Intrinsecā esset malitia leuis; vt pote qua sumeretur ab actus quantitate, qua reuera est leuis; extrinsecā, esset grauius, quoniam sumeretur à periculo, quod supponitur euidentē & graue. Evidens dixi, non enim est proximum si sit probabile; quoniam si illud probabilit̄ subſit, probabilit̄ etiam non subſit. Nec valet dicere, quod nulla est tam parua fornicatio, que non sit peccatum mortale; ergo nulla est tam parua delectatio lasciva, qua non sit culpa grauius. Probat Fillius consequentiam: Quia delectatio sortitur morem actus, atqui actus est mortifer peccaminosus: ergo & quæcumque delectatio.

3. Negata prima consequentia ad Fillius probatio nem respondeo distinguendo maiorem, Delectatio leuis sortitur morem actus, nego; grauius, concedo. Concedo subfumptam minorē: & codem prorsus modo distinguo consequens. Si Fillius agat delectatione grauius, concedo, si de leui, nego.

4. Arguit iterum, Omnis delectatio venerea secundum Galenum est inchoatio quedam pollutionis; at qui omnis actus inchoatus pollutionis est mortalis; ergo quæcumque delectatio.

5. Respondeo distinguendo. Omnis delectatio venerea est pollutionis inchoatio remota vel proxima, leuis vel grauius, patrum vel magna, concedo: est semper inchoatio proxima grauius, & magna, nego. Similiter omnis actus pollutionis, qui grauiter est inchoatus, erit peccatum mortale; non autem qui fuerit inchoatus leuiter. Vnde sequitur quæcumque delectationem grauem, esse mortaliter peccaminosam non quæcumque leuem. Hucvelque Caramuel, qui postea querit, quænam sint actiones lascivæ, quæ censeantur leues, & sic respondet. Aliqui asserunt manuum leuem contactum, pedis impulsum, osculum, & similia, sublato vltiori periculo, non esse grauius. Ego à delectatione, quantitate culpe magnitudinem, minor, & ex meis principiis sic philosophor. Illa delectatio, qua oītes maior sufficeret semen decidere, est grauius, & mortaliter peccaminosa; quæcumque ea minor, est leuis. Patet; quia ex meis principiis, quæ superius efficacissimè probauit, completi operis oīta pars est materia minima peccati grauius. Ergo delectatio, qua est minor oīta parte delectationis completa (nī aliud periculum subſit) erit culpa venialis. Delectationem completam cam dico, qua semen decideret, si remaneret, ita Caramuel.

6. Hanc etiam sententiam, quod videlicet in rebus venereis deut paritas materiae prater Authorēs à me alibi citatos, quos potest refer etiam Caramuel, tenet nouissimè contra me nominatim insurgens Sapientissimus Magister Franciscus Araujo Dominicanus S. Theolog. Professor in Academia Salmanticensi, in suis eruditissimis Commentariis 2.2. Thom. & Laurentius Laudmet in Reg. D. Bened.

7. Verum ego his Doctoribus non possum adhære re, quia non defunt qui censeant dictam doctrinam esse censura dignam, vnde Ioann. Ant. Saura in zoto Platonis de examine Propositionum cap. 1.3. sic ait: Propositio periculosa in moribus, illa est, qua speculatiū considerat aliquam habet verisimilitudinem, & apparentem colorem probabilitatis; verum in praxi morali loquendo sine grauius culpe reatu non potest exceptione mandari. Hoc periculum in causa est ut similes propositiones iustissime possint condemnari, quales sunt nonnullæ opinions circa materiam leuem in re-

bus venereis. Ita Saura, qui etiam antea in cap. 1. idem asseruerat, & nouissime asserit doctissimus, & amicissimus Dominus meus Transtinera tractat de obligat. reuel. quæf. 4. cap. 4. num. 4. Et ita me cito nouissimè nostram sententiam teneret Ioann. Machadus de perf. Confessi. tom. 1. lib. 2. pars. 3. tract. 19. locum. 1. numero 4. Et ne deseras omnino videte Magistrum Texedam Dominicanum in Congreg. Theolog. moral. tom. 1. lib. 2. tract. 3. contr. 2. numer. 11. qui inuechitor contra Sanchez, & per consequens contra Magistrum Araui.

RESOL. XXI.

De censoris, quibus aliqui autores inveniuntur opinione afferentem in rebus venereis dari paruitatem materiae.

Et concluditur ad denuntiandum Confessarium solicitatem in confessione, excusare paruitatem materiae, ut premere manum, brachium, vel pedem, spaniens vellere, vel digitos intorquere, &c. Ex part. 11. tr. 6. &c. Miss. 6. Ref. 53.

§. 1. **D**OCTISSIMI VIRI ARAUJO, CARAM. BOSSIUS, sup. hoc laudmet, Zanardus, Salas, & oīlm Sanchez, cum alīis à me alibi citatis docuerunt, quod in rebus venereis detur paruitas materie, & hanc opinionem nouissimè tanquam probabilem admittit. Thomas Hurtadus tom. 1. tr. 4. cap. 8. ref. 65. §. 1. num. 927. & §. 3. num. 932. 934. & 935. vbi sic ait: Ut autem id quod sentio dicam, supposita sententia probabili quod detur paruitas materie, tum in materia luxuria, tum in materia sollicitationis in confessione vera, vel simulata suppono primò, quod verba possunt dicit in honesta, aut turpia, aut ex parte rei significare, quæ turpis, & inhonestæ est, aut ex parte ipsius loquentis, & proferentis. Primo modo non sunt mala moraliter, aut peccata, sed sunt indifferentia: sicut, & cogitatio de re turpia, & inhonestæ indifferentes est, & potest ordinari ad bonum, & malum finem, ut notauit optimè Thomas Sanchez, vbi supradictum est. Quare si ordinatur ad bonum finem declarandi doctrinaliter conceptum rei turpis, bona est: si vero ad malum finem, mala; vnde Doctores, Medici, & Theologi, qui causa medicinae, aut pacificandi conscientias, verba significantia res inhonestas dicant, non peccant, quia omnia mundi mundis; idem dico de verbis amatoriis, vulgo Requebros.

2. Suppono secundò, quod inter ea, quæ in materia luxuria ex paruitate possunt esse peccata venialia, est notanda proximitas ad copulam, ad quam ordinantur, tactus enim secundum partem, qua tangitur, magis, aut minus prouocat ad luxuriam. Idem dico de osculis. Quis dubitat magis incitare tactus in mammillis, quam in facie, & magis in cruribus quam in mammellis. Rursus osculum in proprio ore, quam in fronte. Idem de nubibus, magis mouent, quæ fuent toto corpore, quam qui sit capite, aut ore. Amplius verba, quæ clare, & distinctè significant partes verendas, quam alia, quæ alias partes significant. Similiter verba amatoria alia sunt magis incitativa, quia vivacius significant amorem mundanum, alia, quæ minus.

3. Dico primò, osculari formam in confessione ante, vel post, in facie, vel in ore, absque dubio est sollicitatio, similiter tangere crura, attriccare manus, illas. Secus vero osculari manus, vellicare brachium, pre mere pedem. Ita ille.

4. Verum communiter D. contrariam sententiam tenent, afferentes in rebus venereis non esse materię paruitatem concedendam, quos ego alibi ad sacerdotem Ref.

Sup. hoc secundum in §. 1.2.
Iugius Ref. &
in aliis eius
anno.
Alibi in Re.
solutionibus
not. 1. huius
tem Ref.

D 2 tem Ref.

Tem. VIII.

tem adduxi, quibus nunc addo Remigium Noyden in tract. confess. tract. 2. cap. 6. §. 2. num. 3. vbi sic ait [En la materia de la sensualidad no se da paruidad de materia, y assi es pecado mortal qual quiera accion libidinosa; pongo por exemplo la de los besos y osculos, que aunque de su naturaleza no sean deshonrosos, moralmente lo son, y se ordenan à torpeza, aunque falte la intencion ne paslar adelante, como dotalemente lo enseñan Cast. 2. 2. quist. 154. artic. 5. y es lastima que aya aquido Autores, que han enseñado la contraria; porque muchos viendo mal della, suelen cometer muchos y graves pecados: y aunque segun su opinion perece dan modo como un pecado mortal venga á ser venial con sus metafisicas, las cuales quando bien sean assi especulativamente, todas sonnos imposibles morales, y es poca cordura, escriviendo moralmente para caños morales, y que suceden praticamente, poner los metafisicos; y quando estos se pusiesen para monstrar el ingenio, ó otra razon, siempre á la postre se avian de dar por impossibles moralmente. Y se de una grauissima, y doctissima persona, que despues de aver seguido cinco, ó seis años estas opiniones, vino á confesar que eran tantos los zumbidos de la conciencia, que le obligaron á abrazar, y seguir la otra: y que todo á quel tiempo auia fido tanto la fuerza de la tentacion, y la bateria, de quanto era pecado dar vn osculo á una mujer, que era casi imposible poderlo resister.] Ita Remigius, ex quibus pater quantum in praxi sit detestanda opinio affirmativa.

5. Sed quid sentiant aliqui Autores de dicta opinione nunc videndum est; Castrus Palauis tom. 1. tract. 12. disput. secunda, punti. 10. numero quarto, assertit, nullam habere probabilitatem. Ioannes Henriquez in q. select. scilicet 8. quistione oblata, numero 21. ait, esse falsam, At plus addit Magister Texeda Dominicanus in Controuer. Theolog. moral. tomo 1. lib. 2. tractat. 3. controv. 13. numero 66. fol. 163. & dicit hanc opinionem esse omnino relegandam à lana doctrina, & contra. 1. numero 11. hæc scribit; Quare doctrinam nostram, ita veram iudico, vt oppositum iam sustineri non possit: quia Clemens Octauus felicis recordationis, & Paulus V. condemnant illam, & decreuerunt sententiam afferentem dari paruitatem materia in rebus venereis, auctumque venereum (si sit sufficienter deliberatus) posse vacare mortali culpa de bere denuntiari Inquisitoribus fidei, & ideo omnino dicendum est contra praefatos Autores, delectationem veneream, seu libidinosam captam ex osculis, aut amplexibus, seu impudicis tactibus etiam seculo ordine ad copulam, & pollutionis periculo, quamvis parua sit, esse mortalem culpam.

6. Vnde praefatus Sancius in summa 2. to. lib. 5. cap. 6. numer. 12. retractavit sententiam, & nunc conformis predicto motui proprio (asserti ipse) & veritati, indicat non repertiri paruitatem materia in delectationibus venereis, quæ deliberatè capiuntur ex obiecto granu etiam seculo pericolo pollutionis, & confessus in delectationem, & ideo quantunque modica fuerit delectatio, si ex obiecto mortali fuerit delectatio, si ex obiecto mortali fuerit capta, erit semper mortalis. Ita Texeda quem forsitan postea penituit haec scriptisse, nam omnis supradicta iacula contra Sanchez ab ipso emissa, vulnerant etiam Arauyum sui ordinis ornamentum. Et tandem Pater Vericelli in q. moral. tr. 4. quist. 17. numer. 3. exar-
detit contra dictam sententiam, ait enim esse per principia intrinseca, quæ extinsa omnino improbatum, fallam, temerariam, erroneam, periculofam, & scandalofam, & forte grauiori censura dignam, & postea per partes conatur probare omnes supradictas censuras; vnde in fine numer. 12. sic ait;

Itaque opinionem afferentem dari paruitatem materia in rebus venereis, tanquam temerariam, improbabilem, periculofam, scandalofam, ac in fide suspectam à quorundam neotericorum libris expungendam considerem. Imò in publicè eam docentes, posse procedere fidei Inquistores puto; nam Paulus 111. in sua constitut. incip. in Apofolico culminis spacio, quæ habetur post Directorium Inquistitorum, facultatem dedit inquisitoribus procedendi contra quocumque afferentes propositiones, periculofas, scandalofas, errores continentis, & alias Catholice fidei minus consonas, Christianaeque pietatis, ac bonis moribus minime conformes. Huiusmodi autem propositionum assertores, non sunt cogendi ad abrogationem, sed ad reuocandum publicè illas, & ad extorem fuisse determinandum, iuxta extrauag. Vai electionis, de hanc, & aduentum Carena tract. de Sancto Officio part. 2. in. 16. n. 22. Huicisque Vericelli.

7. Verum ego tum ex molestia, quam proficer in scribendo, tum etiam simul propter reuerentiam, quam debo viris doctis, libenter me abstineo à censura opinionum, vt facio circa præsentem sententiam, ac illam remittendo ad quos spectat; solidus alero me olim docuisse, & tunc iterum docere, non esse in rebus venereis prorsus concedendam paruitatem materiae; vnde præter Doctores, quos etiam me citato adduxit Vericelli, vbi supra hanc sententiam etiam me citato tenet Doctus Iosephus Lanarius de casibus referuntur resolut. 56. numer. 5. vbi sic ait: Tactus vero leniores, vt tangere manus feminæ, vel vellicare ipsam, vel digitum intropere, vel pedem premere, vel brachium refringere, &c. habiti etiam ad captandum delectationem venereum inde surgentem, non esse materiam peccati mortali putat Sanchez 1. cit. numer. 16. ob levitatem materiae; At oppositum sentio, cùm talis delectatio, fieri ordinata à natura ad coitum, & consequenter, eti delectatio parua, tamen continet totam militiam, qua secundum eundem Sanchez est coordinatio à natura ad coitum & consequenter monas, & talis delectatio eti parua, tamen spiritum ad coitum deseruientes commouet, cùm delectatio cum tali commotione fit veneria. Vnde quamus mihi placeat, quod oscula, & tactus non libidinosi sint ad summum peccata venialia, tamen omnino difficiet opinio dicentium in osculis, & tactibus libidinosi dari paruitatem materiae; hoc enim factus, me non intelligere, quomodo materia cum adequa-
ta malitia peccati mortalis possit dici venialis, commotio enim spirituum deseruientium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas spiritum; & etiam ordinatio delectationis ad generationem, & non ordinatio quantitas delectationis: Si enim quantitas spirituum constitueret peccatum mortale, quanta quantitas horum spirituum esset necessaria ad peccatum constitendum? quis enim vidit hanc determinationem à natura statuimus? Tanto magis, quia videmus nonnullos cum parua commotione spirituum ad pollutionem transcurrere, & è conuerto aliis cum maxima delectatione non pollui. Dicendum igitur est, quod delectatio commotionis spirituum deseruientium ad generationem constituit peccatum mortale, & non quantitas commotionis. Et ideo omnino negamus paruitatem materiae in delectatione venerie. Ita la-
nuarius.

8. Vide etiam me citato Franciscum Brichium in Promptuario Confessiorum part. 2. cap. 16. & ne deferas omnino recognoscere lapientissimum, & amicissimum Patrem Roedericum Arriaga in cur. Theolog. tom. 5. disp. 5. 8. scilicet 3. numer. 43. cum sepius vbi notat, quod dupliciter potest concepi hæc paruitas materiae. Primo

De paruitate Materiæ. Resol. XXII. &c.

41

in delectatione morosa, & motibus carnis à se insurgentibus non procurari à voluntate; ita tamen, ut eis hec insurgentibus liberè voluntas consentiat. Alio modo ut ipia voluntas procuret deliberatè eos motus, aut delectationem, de qua disputationem, utrum includatur paruitatem materiæ, & in hoc ultimo casu tenet firmiter non dari paruitatem materiæ, qua excusat à mortali, in primo vero casu sic ait Arriaga *num. 46.* Alio modo potest ea paruitas materiae accipi, scilicet aperitus ipse per se ex aliquo casu excitet motus aliquos carnis leues, & tunc voluntas liberè eis delectetur, in hoc autem casu non desunt aliqui Auctores, qui iudicent tales confessus non esse mortale, eo quod in primis motus illi, non dicunt in se aliquam indecentiam grauem, neque inferunt damnum graue naturae rationali; periculum autem illius vterioris confessus, aut grauiorum motuum excitandorum nullum videtur esse: Cum enim supponamus ipsum appetitum non esse tum magis motum, nec habere alias cogitationes naturales, per quas fortius excitetur, sanè ex eo quod voluntas liberè gaudet de ea excitatione, non videtur se inducerè in nouum periculum grauiorū confessus, ideoque non videtur tunc vlo modo peccare mortali. Et ita ego docui *romo tertio.* Nihilominus tamen re melius considerata, accedente maximè admodum Reverendiss. Patris nostri Generalis Vincentij Carafa mandato, ne ipsis eam sententiam doceat, omnino dicensurum est etiam tunc esse mortale eis consentire: quia si appetitus agnoscat voluntatem sibi positam consentire, sumere inde vires potest, vt fortius insurgat: licet enim appetitus non tam infurgar, ex eo quod voluntas delectetur in ipsis moribus, quam ex cogitationibus, & propositionibus obiecti, aliquique naturalibus occurribus dispositionibus, & supponamus in eo casu non esse tales cogitationes huc & tunc potentes, nisi ad leues motus excitandos; nihilominus eo quod voluntas ei delectetur, non igitur videatur applicare, quo facit illos maiores. Ita Arriaga. Exterminetur igitur paruitas materiæ in rebus venereis.

9. Et his prols reiiciendam esse puto sententiam P. Hurtadi, *vbi supra*, est enim contra proximam sacri Tribunalis, & aperit viam fraudibus, ac præbet ansam malis confessarii sollicitandi impunè, nam si feminina illis leibus tactibus confitentur sollicitationi, habere quidem intentum; si autem non consenserit subterfugeret denuntiationem propter excusationem paruitatis materiæ, qua datur in rebus venereis. Et ideo me citato refelli hanc sententiam Carenæ *tract. de offi.* *Inquit. par. 2. tract. 6. § 6. n. 37.* & Bordon. *in facto Tribunali* c. 2. 3. q. 2. n. 14. tradit tactus manuum penitentis fini villa causa allicere ad sollicitationem, & ideo nouissime Philippus de Bictis Cappuccinus in *præcis* *causarum indiciarium Regularium* c. 3. *tract. 11. q. 122.* num. 37. probat, ad denunciandum confessarium non exculpare paruitatem materiæ, ut premere manum, brachium, vel pedem penitentis vellicare, vel digitos intorquere.

RESOL. XXII.

An Aduocatus teneatur de culpa leui? Ex part. 2. tr. 15. & Misc. 1. Ref. 59.

§. 1. **A**ffirmatiè respondet Villalobos *in sum. 10. 2. tract. 10. diff. 1. numer. 10.* Ioan. Valer. in *differentiis virtutis que fori, ver. damnam, diff. 1. num. 7.* Ledesma *in sum. part. 2. tract. 8. c. 36. concl. 1.* Salon *in 2. 2. com. 1. q. 71. 4. 1. contraria. unica concl. 2.* Rebell. *part. 2. lib. 1. q. 10. num. 7.* Molina. *com. 3. tract. 2. di/p. 730. num. 2.* Sayrus *in Clavi Regia, lib. 10. tract. 2.* *Tom. VIII.*

cap. 8. num. 11. Reginald. *in præcis, tom. 1. lib. 10. cap. 9. sect. 3. n. 90.* Nauar. *de refis. lib. 3. cap. 3. num. 3.* Bannez *in 2. 2. q. 71. art. 4. dub. 2. concl. 2.* & Ioan. de la Cruz *in direct. cons. part. 1. præc. 8. a. 5. dub. 19. concl. 3.* vbi sic asserit. Ex dictis patet, peccare mortaliter Aduocatum paratum admittere plures causas, etiam iustas, cum exponat se periculo morali, committendi culpas leues; ob plura negotia. Ita ille.

2. Sed si haec sententia esset tenenda, vñ, va Aduocatus, & ideo contraria opinionem non minus probabilem esse existimo, tuentur, Leffius *lib. 2. cap. 7. dub. 7. num. 31. & 32.* Azor. *part. 3. lib. 13. cap. 29.* dub. 5. Malder. *in 2. 2. tract. 6. cap. 3. dub. 10.* Fernandez *in exam. Theol. mor. lib. 4. q. 44. num. 3.* Graffius *deo. part. 1. lib. 3. cap. 8. num. 4.* Nauarr. *in man. cap. 25. num. 28.* Rodriguez *in sum. tom. 1. cap. 6. num. 6.* Ortiz *in sum. cap. 8. numer. 3.* Turrianus *tom. 2. in 2. 2. dispu. 11. dub. 4. num. 4. & 5.* & alij. Dico igitur, neminem teneri in foro conscientia ex culpa leui, vel leuissima in officio, sed solùm ex graui; quia nemo tenetur in officio, vel altisficio esse prudentior, & diligenter, quam passim homines ciuidem conditio- nis esse solent, & ideo Aduocatus non tenetur esse diligenter, aut prudentior, quam passim boni Aduocati esse solent. Vnde si contingat causam amittere, eo quod non praefit, quod doctissimus, & diligentissimus praefit, tamen si bona fide praefit, quod solent diligentes, & docti in similibus causis; non tenetur ad restituionem. Ita Leffius *vbi supr.*

RESOL. XXIII.

An mandatarius non dolum tantum, & culpam latam, sed etiam leuam, & leuissimam prestare teneatur? Ex part. 8. tr. 7. & Misc. Ref. 34.

§. 1. **A**d dolum, & latam culpam teneri existi- Sup. hoc in mat Duaren. *ad tit. ff. mandat. cap. 2.* Schi- duabus Ref. leqq. & in xard *dispu. 15. ad Insti. thes. 4. q. 1.* Meier. *in dispu. ad lib. 17.* Pandectar. *tit. 1. thes. 2. num. 2.* & alij. Sed alijs existimant ad leuem, & leuissimam teneri, id est, summanum, & exactissimum diligentiam in mandato praestandalam esse, indicat perspicue *l. à procuratore 13.* C. *mandari.* Vbi Imperatores Diocletianus, & Maximianus reserbitur, à procuratore dolum & omnem culpam non etiam improsum calum praestandum esse. Quod si igitur omnem culpam procurator, seu mandatarius praeflate cogitur, legitur utique, quod non solùm latam, sed et leuem, leuissimamque cul- pa praestare teneatur. Omne enim qui dicit, nihil excludit, arg. *l. omnia 7. ff. de rebus credit, si certi pet. cap. soli 6. circa finem, ibi, nihil excepti, &c. de maioriitate, & obediens can. si Romanorum 1. §. dicen- do verò omnia, distinct. 19.* Deinde co ipso, quod Imperatores solùm calum fortuitum, à mandatario non praestandum, excipiunt, satis aperte culpam leuissimam includere evidetur, cum vnius exclusio, siue exceptio, sit alterius inclusio, & exceptio regulam confirmet in casibus non exceptis, argum. *l. bis ver- bis 10. ff. de legat. 3. l. qua. sum 12. §. denique Ne- rarius 43. ibique Bartol. ff. de instrut. & instrum. legat. l. 1. & ibidem Decius num. 21. ff. de regul. iuriis.* Accedit textus *in l. in re mandata 21. C. mandati.* Vbi Constantinus Imperator ait, aliena negotia exacto rum dissolvere omnes causam dis. *sc. potest.*

D 3 datarius

datacius omnem culpam, adeoque leuissimam quoque in re mandata prestatre debet; qui mandatum recipiendo intelligitur polliceri, ac profiteri de industria sua, qua rei gerenda conueniat. Res siquidem, quam Procurator gerendam suscipit, non geritur sine industria, ac diligentia isti rei conueniente. Hoc igitur cum dixerit mandatarius, & promiserit, omnino prestatre debet. Nihil enim magis congruit bona fidei, quam quod inter contrahentes conuenit, dictumve est prestatre. l. i. ff. de part. l. ex emplo 11. §. 1. ff. de action. empl. l. si quid venditor 18. in fine principi, ff. de adit. edit. Ergo, &c. Et hanc sententiam tenet Donell lib. 13. c. 11. Ecce ibi Hilligerus in Annotat. litera D. & E. Hummius lib. 3. var. resol. rr. 7. p. 4. q. 3. & alij.

2. Nec obstat l. si procurator 8. §. ultim. ff. mandari. Vbi is, cui mandauit, ut hominem emeret, dicitur nihil teneri, si emere neglexerit, vel dolo pecunia corruptus, vel lata culpa, si forte gratia ductus pauci est alium emere. Ex quo colligitur, si nec dolus, nec lata culpa interuenient, mandatarium non teneri. Nihil inquam, lex ista stringit, siquidem non solum in ea affirmatur; procuratorem teneri, si quid dolo, & lata culpa fecerit; sed etiam statim adiecit, si procurator serum, sive rem ex mandato receptam non restituit, non teneri, si eius dolus, vel culpa non interueniat. Unde intellectu facile est, cum teneri, si vel dolus interuenierit, vel culpa: quo verbo culpam etiam leuem intelligi oportet, vbi dolo opponitur, quin und verbum, culpa, comprehendens. Quicquid autem de genere praedicatur, id de singulis eius generis speciebus enuntiari dicitur, argum. l. i. §. quod autem 3. ff. de aletorib. l. fin. in princ. C. de usw. rei indicat.

3. Similiter non obstat d. l. idemque 10. in princ. ff. mandat. vbi diserte scribitur, nihil amplius, quam bonam fidem, prastare eum oportere, qui procurat. Atqui prastare bonam fidem veteribus est, aut prastare, quod dictum promissumque fuerit. d. l. i. ff. de part. aut extra conuentiendum facere pro captu & diligentia sua, quantum quis possit, & sollecatilitate non teneri, quamus alias diligenter, & intelligentior melius rem gesturus fuisse. l. uod Nerna 32. ff. depositi. Non inquam, ille textus obslitus, quia eo maxime confirmatur, procuratorem in re mandata omniem culpam prastare debere, & non dolum tantum. Quandoquidem iam super dictum est, quod is, qui tem gerendam suscipit, intelligatur verbo gerendi, spondere, & fidem dare, se adhibitum industriam, & diligentiam rei gerende conuentem. Nihil siquidem, vt ante n. 24. monitum, magis bona fidei conuenit, quam prastare ea in contractibus bona fidei, quae quis dixerit. d. l. si quid venditor. 18. circa princ. ff. de edi. rr. edid.

Sep. hoc in
Ref. 3. 4. &
5. anno præ
terite, & in
aliis earum
anno.

4. Non item aduersatur regula iuriis certissima, quæ tradit. in contractibus, qui ad utilitatem sufficiunt non spectant, dolum tantum, & latam culpam prastari, leuem, & leuissimam culpam non item, vt in deposito. l. sicut cetero 5. §. 2. ff. commodati, dist. l. quod Nerna 32. ff. depositi. Alt in hoc mandati contractu nulla utilitas mandatarij sufficiens mandatum versatur. Quare dicendum videtur, mandatarium dolu tantum, non etiam culpæ leuis, aut leuissimæ nomine obligatum esse. Non aduersatur, inquam. Quamus enim nulla hic utilitas mandatarij versetur, nihilominus tamen is negligenter, & culpa nomine tenetur: quoniam is, qui negotiorum alterius gerendam suscipit, diligentiam, & industriam suam profeti, ac promittere censetur, cum in negotio gerendo industria, & diligentia rei gerende conueniente, opus sit. At vero in deposito diuersa est ratio, in eo quippe nulla industria, aut diligentia opera opus est: sed sufficit, si depositarius depositum recondat, atque custodiat.

5. Præterea non refragatur, quod nemini officium suum, quod eius, cum quo contraxit, non sibi commodi causa suscepit, damnum esse debet, l. ff. serua 61. §. quod vero 5. ff. de furt. l. sed quis 7. ff. de tell. gormad. aperiant. Sed in nostro casu mandatarius solum mandantis gratia, & non proprii commodi causa, officium in se recepit. Ergo hoc ei damnum esse non debet. Respondetur enim, cum mandatarius levissime culpam nomine conuenit, non ipsi officium, sed negligentiam suam, & culpam damnosam esse. Nam si recte, & prout pollicitus erat, suo officio perfundus esset, non posset nullius culpa, aut danni, in re mandata dati nomine conueniri. Quia vero damnum culpa, & negligencia eius datum est, & aquisissimum putatur, hoc non domino, sed ipsi mandatario nocere, atq. l. quod quis 203. ff. de reg. iur.

6. Insuper non restitit l. si fidéi 29. §. hoc idem tractari. ff. mandati, vbi dicitur, fidei in fore, condémne mandatarium, qui postquam soluit creditor, non id significavit reo principalis, sive debitori, si debitor postea soluat, detrimentum siud sustinuerit debere, quia hoc factum sit dolo proximum. Etenim ex eo non recte colligitur, si quid culpa leui, vel levissima à mandatario peccatum sit, id ab eo non esse praestandum. Est enim ibi argumentum à maiori: quid dictum esset, non micum, si hic fidei in fore damnum esse ascirimus. Nam eti cu culpa ab eo hinc peccatum est, renetur tamen. Quanto igitur magis tenebatur ob hoc factum, quod est dolo proximum. Donel. lib. 13. com. ment. c. 11. pag. 171. ad fin.

7. Ad hæc, nihil obest, quod cum tutor de dolo, culpa lata, & leui tantum teneatur. l. a. tutore 33. in princ. ff. de administrat. & peric. tutor. l. i. in princ. ff. de tutore, & rationibus disrahend. l. queq. id 7. C. arimin. 12. tutore. de eadem culpa tantum mandatarius tenuit. beat. Namque eidens inter tutelam, & mandatarium differentia est; hoc quippe est liberum; illa vero voluntaria non est, cum tutor tuncle munus fuligine cogatur. §. sed ex his 3. supr. de Attiliano tuore. l. i. princ. & l. ita autem 5. §. i. in fin. ff. de administrat. & peric. tutor. l. si quis 9. ff. de maneribus, & honorib. p. 3. C. de suspicis tutoribus.

8. Sed licet hæc omnia satis vrgeant; tamen in furo conscientia culpam leuem, & leuissimam non obligare in hoc casu, & similibus, tenet Cardin. d. Lugo de iur. & iure, tom. I. disp. 8. set. 8. n. 106. & seq. licet contrarium probabile etiam putet, quod videtur docere P. Valquer opuscul. de restit. c. 2. §. 2. dub. 6. n. 41. & 44. sed nimis durum appetet; vide me ipsum in fortioribus terminis part. 3. tr. 6. resol. 49.

RESOL. XXIV.

An mandatarius, vel Procurator teneat de culpa leuissima?

Et quid, si mandatarius non sit mercede conditum? Ex part. 9. tr. 7. & Misc. 2. Ref. 32.

§. 1. Affirmatiam sententiam tener Hummius in variis resolutionibus iuriis ciuilis, lib. 3. cap. 7. in part. 4. quas. 3. Probat hanc suam sententiam ex testatu in leg. A procuratore 13. C. de mandato: in qua Dionysius, & Maximianus Imperatores scribunt: A procuratore do un. & omnem culpam, non etiam impunitum casum praestandum esse, iuriis autoritate manifeste declaratur. Cum itaque omnem culpam procurator, seu mandatarius, prastare compellatur, sequitur, quod non solum latam, & leuem, sed & leuissimam culpam prastare cogatur: nam, qui omnia dicit, nihil excludit. Accedit ad hoc, quod, dum solum excepit Imperator casum, fortuitum, ut à mandatario non praestatur inclu-

De paruitate Materiæ. Resol. XXV.

43

dere videatur culpm leuissimam; cùm exceptio vnius sit alterius inclusio; & exceptio regulam confirmare soleat in casibus non exceptis. Quin & l. 21. C. mandato. idipsum clare, & perspicue exprimitur, dum Imperator ibi scribit: Aliena negotiorum exalto officia geri: nec quicquam in eorum administratione neglectum, aut declinatum culpa vacua esse. Quod si igitur nihil in administratione negotiorum à mandatario neglectum est, culpa vacuum est; nec id, quod leuissima culpa neglegitum, aut declinatum est. Et sàe ratio huius obscurus non est. Idcirco enim procurator, omnisque mandatarius omnem culpm, adeoque leuissimam quoque, in re mandata præstat debet: quia mandatum recipiendo, intelligitur polliceri de industria sua, qua rei gerende conueniat. Et enim res, quam procurator recipit gerendum, non geritur sine industria, & diligentia rei conueniente. Hoc igitur, cum mandatarius pollicitus fuerit, præstat debet. Est enim ex bona fide, vt præstetur in omni contractu bona fidei, quod quis dicit, & affirmauerit. Si quid creditor, ff. de rob. cred.

2. Nec obstat dicere, regulam iuri certissimam esse, quòd cum in negotio aliquo utilitas debitorum non agitur, sed omne commodum, vel ad creditorem, vel ad alium spectet, in eo dolum tantum, & latam culpm præstari, leuem, & leuissimam non præstari, vt in deposito. l. 5. §. 3. ff. comodati. l. 1. §. vti. 1. Quod Norus ff. depositi. Atqui tale est mandatum, quod vel solius mandantis, vel etiam extranei causa contrahitur. Igitur ex tali mandato mandatarius non tenetur de leuissima, sed de lata duntaxat culpa. Non, inquit, hæc obstant, nam respondetur, regulam in dicta leg. 5. §. 2. ff. comodati propositam non procedere, quoties quis suam profiteatur, ac pollicetur industria: nam tunc ad eam præstandam, quam pollicitus est, obstrictus tenetur.

3. Secundò non obstat, quòd in leg. 21. C. de mandato, desiderat Imperator, vt mandatarius mandatum exacto officio exequatur. At exacta diligentia, à quo requiritur, is de leui solam culpa conuenit, nec ad exactissimam diligentiam obstrictus est. Nam respondetur, in d. leg. 21. C. de mandato, positum esse prosperlatino possum, & exactum pro exactissima diuinitud, quod ex sequentibus sanis colligitur, dum subiicit Imperator: Nil quicquam in administratione negotiorum neglectum, aut declinatum culpa vacuum esse, vult enim Imperator, quòd, quicquid neglectum fuerit, aut declinatum, culpa vacuum non sit: ita, nimurum, vt si neglegitum, aut declinatum quid fuerit, quomodo cumque etiam id fieri, id præfundum sit; id artem sit culpa non minus leuissima, quam leui, vt ita textus iste d. l. 21. non tan infingat, quam confirmet sententiam nostram.

4. Sed, his non obstantibus ab Hunnio adductis, puto, contra ipsum, non esse recendum à negativa sententia. Dicendum est igitur, quòd mandatarius, si res mandantis apud eum pereat culpa sua lata, tenetur restituere mandanti: si verò culpa tantum leui, vel leuissima, non tenetur mandatarius; sed domino suo, id est, mandanti res illa perit. Haec conclusio probatur primò ex regula generali aquissima, quam ius statuit, l. In contrahibus. o. ff. de reg. iur. vbi etiam tenent omnes Doctores, quæ distinguit contractus in tres classes. Nam alij celebrantur in utilitate solius custodiens rem, vt contractus custodie, & contractus cōmodati: alij, in utilitate virtusque contrahentis, vt emprio, & locatio: alij denique in utilitate solius dominii rei, non verò cam custodiens, vt depositum commodatum. Sancit ergo regula illa, quam omnes Doctores, & iuri comprobant, in contractibus, qui celebrantur in utilitate solam rei custodiens, teneri de culpa lata, leui, & leuissima; vt in commodato, & precario: in iis, qui celebrantur in utilitate virtusque contrahentis, teneri de culpa lata, & leui, non de le-

uissima; in iis vero, qui celebrantur in utilitatē solius domini, & non rei tenentis, teneri de culpa duntaxat lata, non verò de leui, aut leuissima, vt contingit in contractu custodie. I. Iepositi, qui in utilitatē solius domini sit; ex eo autem custodiens nō lata utilitatē penitus consequitur. Cum ergo in hoc contractu mandatarius nullam utilitatē penitus consequitur, l. Ex mandato. 20. vbi textus: Ex mandato apud eum, quæ mandatum suscepit, nihil remanere oportet. sequitur evidenter, mandatarius ex rebus mandantis, quas pud se habet, teneri se percebat, vel deteriorarentur de culpa lata duntaxat, non de leui, aut leuissima.

5. Secundò probatur iure, l. Si procurator. 8 ff. mand. §. Dolo auem facere videtur, qui id, quod potest restituere, non restituit. Et infra: Aut si lata culpa. Vbi Bart. Teneatur de dolo, & lata culpa. Et glossib; & Doctores. Et l. A procuratore. C. eod. vbi textus: A procuratore dolam, & omnem culpm, non etiam improvism casum præfundam esse, iuris autoritate declaratur. Nec te moueat verbum hoc, omnem culpm, vt credas teneri de culpa etiam leui, & leuissima, quod ad culpm leuem attinet, intelligi debet de accipiente mercedem ob mandatum, vt frequentissime contingit in procuratore, de quo lex loquitur, & de Medico, Aduocato, & aliis de leuissima etiam intelligi debet post moram in re restituenda, de quo nemo dubitat. Et hic intellectus harum legum necessaria omnino est, vt antinomia carum tollatur, & iura iuribus concordent; & vi prædicta regula generalis, quæ optima est, & probatissima, iniuncta semper custodiatur.

6. Probatur etiam prædicta conclusio l. Idemque. 10. ff. cod. ibi: Nihil enim amplius quam bonam fidem præstare eum oportet, qui procurat. Sed, qui dolo caret, & lata culpa, licet leuissimam, aut leuem committat, bona fide agit rem alienam: quia plerunque, & communiter homines suis rebus maiorem diligentiam non adhibent. Ergo non tenetur mandatarius ex leui, & leuissima culpm sed solus ex dolo, & lata culpa. Et l. Procuratore. C. eod. ibi: Procuratorem tam dolum quam lacam culpm sumptuum, ratione bona fide habita, præstare necesse est. Vbi Salyc. [Procurator tenetur de gestis, & gerendis per cum fulceps, & de dolo, & lata culpa.] Et l. Si fiducijsor 29. ff. eod. ibi: Si fiducijsor omisferit exceptionem, videtur dolo versari: si soluta enim negligentia propè dolum est. Vbi vides, fiducijsori, qui mandatarius est, dolum, & latam culpm, quæ propè dolum est, imputari, & alias minores culpas, leuem, felicet, & leuissimam excludi. Clarius, & formaliter l. Si vi certo 5. ff. comodati. ibi: Dolum in deposito, nam, quia nulla utilitas versatur eius, apud quem deponitur, meritò dolus versatur solus, nisi forte, & merces accessit, & certè eadem est omnino ratio de alio quoconque mandato. Et haec omnia docet Ofiate de contral. tom. 2. tr. 13. difff. 44 n. 78. Reginaldus tom. 2. lib. 2. tract. 8. cap. 50. n. 60. Molina difff. 549 Layman sect. 5. tr. 4. c. 2. 5. n. 1. & alij.

7. Nota tamen, supradicta procedere in mandatario, qui non fit mercede conductus: nam, qui mercede conductus est ad mandatum de rebus, quas penes se ferunt, mandantis, tenetur de culpa lata, & leui, non de leuissima, secundum prædictam regulam: quia contractus cedit in utilitatē utriusque.

RESOL. XXV.

An Procurator, seu negotiorum gestor teneatur de leuissima culpa: Ex p. 8. ff. 7. & Misc. Ref. 35.

8. I. **A**ffirmatiū videtur respondendum; quia qui sup hoc in cuncte seſe sua sponte aliqui negotio offert, dubiis prædictis, & cedentibus Ref. & legi

D 4

TUE

doctrinam
duarum res.
sequentium,
& vide alias
Rel. positas
in annot. 1.
Rel. huius
annot. & etiam
alias eam
notationum.

tyr. l. 1. §. *sape evenit* 35. ff. *depositi*, vbi depositarius, qui se deposito obtulit, teneatur etiam ad leuem culpam: cum tamen alias solum dolum, & latam culpam pateretur. l. *quod Nerna* 32. ff. de *tit.* d.l. *contrafuit* 23. ff. de reg. & expl. latius in §, præterea 3. num. 22. & *seqq. supr.* quib. mod. re *contrahit obligat*. Atqui verò negotiorum gestor administrationi negotiorum semper iè offert, quoniam certissimè est huius contractus natura, quod negotia aliena gerens, sponte non rogatus ad gerenda accedit, atque adeò semper sese offerat. In arbitrio enim iphius est ab initio, negotiorum administrationem suscipere: suscepit autem pro arbitrio suo negligenter administrare, liberum ipsi non est. Cùm igitur etiam mandatarius, qui tamen se non oblitus de omni culpa teneatur. l. à *procuratore* 1. c. *mandatario*, & pluribus demonstratum §. *is quis exequitur* 8. n. 2. & *seqg. supr.* de *mando*, idem & quidem multò meliori iure de negotiorum gestore statuendum fuerit.

2. Accedit præterea textus expressius in l.s. *mater* 24.
C. de *vsur.* vbi ab Imperatore Philippo rescriptum est
matrem, qua negotia filii gesellum, omnem diligen-
tiam præstare debere. *Quod si* igitur, omnem diligen-
tiam præstare mater, in gerendis & administrandis li-
berorum negotiis, compellitur: sequitur, quod & ex-
clusim diligenter, quam culpa leui opponi cer-
tan est, præstare teneatur. Et si à matre omnis diligen-
tia exigitur, multò certè magis al extraneo exigetur.
Neque enim tam stricta inter necessarios, maxime ve-
rò inter parentes, & liberos esse solet obliteratio, quantu-
m est inter extraneos, argumentum, l. 1. s. *interdum* 9 ff. de
negot. gesit. Et quamcumq[ue] dissidentes regerant, om-
nem diligentiam, in d.l. 24 C. de *vsur.* non absolute de
omni diligentia, quam etiam diligentissimus paterfa-
lia adhiberet, sed de omni diligentia matris, quam
suis propriis rebus adhibere conuenit, intelligendam
esse, quia diligentia apponi solet non levissimæ, sed le-
ui culpe: isthac tamen interpretatio merito repudia-
tur. Tum quia nimis diuinatoria est; nec vlo firmo
fundamento suffulta, cùm Imperator non dicat, omnem
diligentiam matris, vel omnem diligentiam, quam
mater suis rebus adhiberet, sed absolute & simpliciter,
omnem diligentiam. Cùm igitur Imperator non dis-
tinguat, nec nos distinguiere debemus, vulgata l. de
precio 8 ff. de *Public. in rem action.* l. 1. s. *generaliter,*
ff. de legat. præfand. Tum, quia diligentia, quam quis
suis adhibet rebus, opponitur culpa latea: ita vt si eam
in alienis rebus non præstiterit, latam culpam, seu cul-
pam eam, quæ dolo proxima est, commissile putetur. d.
l. *euod Nervia* 2 ff. *depositi.*

33 Et tandem huic sententiae non suffragatur textus
*in l*an* re mandata 21. in fine. C. mandat.* vbi Confancius Imperator rescribit, in administratione alienorum negotiorum nil quidquam neglectum , ac declinatum culpa vacuum est. Atqui negotiorum gestorum aliena negotia gerere , in confessio est. Sequitur ergo quid si quidquam in eorum administratione neglexerit ac declinaverit, culpa haud vacua sit; ac ea propter de culpa le iussima comeniri possit. Idque maxime vox , quid quum , arguit. Quidquid etenim neglectum fuerit, aut declinatum, culpa vacuum non est: ita nimisrum, vt si neglectum aut declinatum quid fuerit, quadocumque etiam illud fiat, id praestandum sit. Id autem fit culpa non minus leuissima, quam leui. Et verò est ratio illa non propria mandatarij, sed omni alieni negotij gestori communis, sive mandato illud gerat, sive sine mandato. Quin imò, si locum illa habet , vt habet in mandatario, qui ad gestionem accedit , praecedente negotij domini rogatione atque mandato: multò magis locum habebit in negotiorum gestore , qui sponte sua , non etiam rogatus, ad negotia gerenda accessit , & se illis obtulit , atque offrendo industriam suam in gerendo sive administrando professus est.

4. Nec obstar aduersus supradicta *tutoria*, *C. de nego-*
gor gest. cum ibi Imperatores Diocletianus, & Maxi-
mianus doli tantum, culpa late & leuis mentionem
faciant; inde dicendum videtur, leuissimam culpam pre-
standam non esse. Etsi enim in ista legi culpa leuissi-
ma nulla mentio fiat; non tamen protinus conseqüens
est, hanc culpam leuissimam non esse a negotiorum
gestore praetendam; ynius quippe inclusio, non ea al-
terius exclusio, in constitutionibus Imperatorum, in
Codicem relatis; quae sunt vplurimum refuta, ac
commodata ad consitutitionem & facti species Imperatoribus propositam. Igitur de leuissima culpa in
d.l.20. nihil respondent Imperatores, quia de ea non
fuerant consulti, aut requisiiti; sed huiusmodi facti spe-
cies ipsis proposita & oblata fuit, quia is, qui consulevit
Ostiaianae negotia gesserat, dolum, latam, & leuem
culpam, non etiam leuissimam, commiserat. Quod si in
genera ne de omni culpa, aut in specie, de leuissi-
ma culpa teneretur negotiorum gestor, Imperatores
fuerint consulti, dubium non est vllum, quid idem de
leuissima culpa responsuri fuissent. Neque sibi inter-
pretatio nuda coniectura, aut diuinatio nimirum ex
oppositione ista, que fit in *d.l.20.* manifeste colliguntur.
Namque opponuntur ibi tutor, atque curator negotio-
rum gestori ratione culpa, de qua tenentur. Atque clari-
rissimi iuris est, tutorem & curatorem de leui-
culpa *l.s. tutorib. 33. in princ. ff. de administr. & pris.*
tutor. l.1. in princ. ff. de reuete, & rationib. dispendi-
bus, 7.C. arbitrium tutela. & dictum supra ad *s. 5. in*
qui quid 7.C. arbitrium tutela. qui exequitur *8. numer. 3.2. sit. de mandato.* Quapropter
ut oppositio ista consistat, nec esset admirandum est,
negotiorum gestorum non solum de leuissi de leuissi
fama quoque culpa teneri. Hunc. *desrel. ad disp. 10.*
Tieuler. lhef. 5. littera C. & vol. 1. pag 725.

5. Secundò non obstat l. *fidei&for*. 32. *vers*. *negotiorum auem*. f. *de negot. gesit.* vbi Papinius ait, in negotiorum gestorum actione culpan *estimari* fati est, non etiam casum. Nam si ibi culpa *appellatione* culpa leuissima contineri non debuit, cur *lure*-*confutatio* non *aequè* culpan leuissimam, atque casum exceptit, cum de illa magis, *de hoc minus dubitari posuisse*? Verum equidem est, culpam *absolutam* positam significare culpan leuem, *argumentum*, d. l. *contractus* 23 *ff.* *deregiu.* §. 3. *Supr. quib. mod. re contrab. obligat.* & iurum finalium allegatorum suprà n. 49. sed id non esse perpetuum, dicto modo loco ostensum est. Suaderem in ternum opositio, quia sit inter culpan, & calum fortuitum, ut culpan interpretetur culpan omnem, quæ & dolus sit, & culpa lata, & culpa leui, & culpa leuissima, ut in d. l. *fidei&for* 32. f. *de negot. gesit.* *ff. procuratores* 8. & *proinde* 1. *ff. mandati.* internum etiam idem dictat suadetque subiecta materia, de qua agitur, mentione culpæ in illa facta: quænamdum enim circa contractas mandati, causam notauimus *supradictis* d. l. *qui exequuntur* 8. *in* *de mandatis*, 25, quod in primis in illo appellazione culpæ non leuis tantum, quæ proprio culpa dicunt, sed leuissima etiam comprehendunt, vbi cunque ab solute culpa mentis fiat, ut in d. l. *procuratores* 8. *proinde* 1. 1. *et emque* 10. §. 1. *l. inter caſa* 26. §. *sed cum seruatis* 7. *ff. mandati.* l. *etiam* 4. *Ced. D. Vule. d. c. I. pag. 172.*

6. Tertiū non obstat l. si pupilli 6. §. ultim. ut in
go gess. vbi à negotiorum gestore exigitur, ut diligē-
bit, non etiam, vt sit diligētissimus. Cui simile est quod
in recept. sent. Pauli lib. 1. t. 4. in principio, dicitur,
eum quod negligit aliena gerit, exactam diligētissimam
stare debere. Vnde colligitur, in negotiorum gestore
culpam leuem, & non leuisissimam, vindicari: siquidem
exacta diligētia culpae leui, exactissima vero culpe
leuis sine opposutā. Istud, inquit, non obstat. Re-
pondeunt enim, exactissimam diligentiam recte quo-
que appellari diligentiam exactam: quoniam pupilli
latino

De paruitate Materiæ. Resol. XXVI.

45

tio positiuum inesse constat. Nam qui doctissimus est, recte dicitur doctus; qui sapientissimus, recte datur sapiens. Itaque non equitur, negotiorum gestor teatur præstare exactam diligentiam; ergo non exactissimam. Item negotiorum gestor debet esse diligenter, ergo non diligenter. Sic etenim à mandatorum re quiritur, ut aliena negotia, exacto officio, gerat. *d. i. in re mandata 2. C. mandarii.* & tamen nihil quidquam ab eo neglectum culpa vacuum esse, ibidem promun ciat. Sic & commodatarius rebus commodatis exactam diligentiam adhibere dicitur. *§. item i. 2. se p. at. us. &c. supr. quib. mod. re contrah. oblig.* & tamen ipsius culpa leuissima conueniri traditur in *i. sicut cerio 5. §. nunc evidendam 2. in fine, ibi, diligentiam. i. in rebus 18. in princ. ibi, diligentissimus ff. commodati. 6. §. & i. le quidem 4. ibi, exactissimam ff. de obligacionibus, & actionib. & expoliuum accusatur in d. §. 2. supr. quib. mod. re contrah. oblig. n. 2. 3. & segg.*

7. Quartò non obstat, quod ex huiusmodi quasi contractu negotiorum gestorum nihil planè commodi ad gestorem perueniat: sed solius domini, cuius negotia gesta sunt, utilitas veratur. Iuris autem non in cogniti, quod cum contractus ad solium creditoris pertinet commodum, debitor de leuissima culpa contenti ni non debeat. *d. i. si vi cerio 5. §. nunc evidendam 2. ff. commodati.* Hoc, si non obstat, quod enim dicitur, leuissimam culpam non præstari, cum contractus non concernit utilitatem debitoris, id hanc recipit limitationem, nisi debitor se contra dictu obtulerit, suamque diligentiam, & industriam professus fuerit. Iam vero negotiorum gestor nulla planè necessitatibus coactus, sed sua sponte aliena negotia administranda suscepit. Igitur meritis de leuissima culpa tenetur. Ergo, &c. Et ita hanc sententiam tenet Donellus lib. 15. *commens. iur. ciuil. 1. 5. & ibi Hilligerus in notis littera F. Vosteius lib. 1. discept. scholast. 5. Befoldius in delib. iuris, ex li. 1. Pandect. tit. 4. n. 30. & alij.*

8. Sed ego contrariam sententiam tanquam probabilem admittō, ut *supra* diximus de mandatario, & nobis docet Cardin. de Lug. *de inst. iom. iom. 1. disp. 8. seq. 8. n. 106. & 108.* nam leges citatae non videntur obligare, maximè pro foro conscientię, & hanc negotiū sententiam absoluē docent Angelus, Myningerus, Baldinus, Heigius, Giphanius, Ritterhusius, Schneidevius, & præsentim Henricus Bocerus *n. 43. & segg.* Petr. Greg. in *Syntag. iur. vinier. lib. 20. c. 2. n. 4.* Hunnius *disp. 17. ad Inst. iur. 17. & alij.*

RESOL. XXVI.

An negotiorum gestor teneatur de culpa leuissima?
Et an heredes tutoris, si negotia à tuore defuncto capta perferunt, habeant actionem negotiorum gestorum, & i. Et deducitur tutea non solum de dolo, & lata culpa, sed etiam de levi culpa competere?
Et de qua culpa heredes Magistratum teneantur? Ex p. II. tr. 3. & Mfsc. 3. Rel. 18.

9. i. *C*ausa erit quotidianus, & affirmatiuum sententiam tenet Hermanus Vlterius *l. 1. disp. 11. Iacobus Cuiacius in leg. 24. ff. depositi, Donellus lib. 25. commen. 25. & ibi Olualdus Helligerus, Probatum primò hæc opinio, nam in leg. 24. C. de V. uis Philippus Imperator haud obscurè significat, à negotiorum gestore exigi diligentiam exactissimam, non solùm exactam, dum de matre liberorum suorum negotia gerente ita rescribit, si mater tua minor annis constituta negotiique quæ ad te pertinent gesserit, cum omnem diligentiam præstare debeat, viuras pecunias tue, quam administrasse fuerit comprobata præstare compelli.*

2. Ecce hic mater omnem diligentiam in gerendis,

& administrandis liberorum negotiis præstare compellitur; quod si igitur omnem diligentiam quam cu p. leuissimam apponi dictum est; Et si à matre omnis exigitur diligentia, multò magis exigetur ab extraneo.

3. Non equidem me latet, vulgo interpres dissententes respondere, omnem diligentiam *d. l. 2. 4.* non absolute de omni diligentia, quam etiam diligentissimus Pater familiæ adhiberet. Sed de omni diligentia matris, quam suis propriis rebus adhibere solet, intelligentem esse; quae diligentia apponi soleat non levissima, sed leui culpa.

4. Verum hæc interpretatio admittenda non videatur; Primo, Quia est planè diuinatoria, nec ullo fundamento suffulta, cum Imperator non dicat omnem diligentiam matris, vel omnem diligentiam, quam mater suis rebus adhibet, sed absolute & simpliciter omnem diligentiam; cum igitur imperator non distinguat, nec nos distinguerebamus.

5. Secundò. Quia diligentia, quam quis suis rebus adhibet, opponitur culpa latæ, ita ut si eam in alienis rebus non præstiterit, latam culpam, seu culpam eam, quæ dolo proxima est, commiserit; pro quo *Texus est in l. 12. ff. depositi*, vbi ita scribitur; Quod Nerva diceret latorem culpam dolum esse Proculo displicebat, mihi verissima videtur. Nam si quis non ad eum modum, quem hominum natura desiderat, diligens est, nisi tamē ad suum modum curam in deposito præstet, fraude non caret, nec enim salua fide minorem ius, quam suis rebus, diligentiam præstabit.

Facit etiam pro hac sententia *lex 11. ff. de negot. gest. leg. 21. C. mandati.* & *§. 1. inst. de oblig. qua quasi ex contrah. nasc.*

6. Verum communis opinio, cuī ego adhæreo, tenet, quod non de leuissima, sed de lata solūm, & leui culpa negotiorum gestor conueniri possit, & ita quo Anton. Faber *in l. 1. i. s. de negot. gest. Pett. Faber ad l. 1. 2. de reg. iur. Et ratio est, quia leg. in 20. C. de negot. gest. Imperatores Diocletianus, & Maximilianus hoc clare significant, dum ita scribunt. Tuto vel curatori similis non habetur, qui citra mandatum negotium alienum sponte gerit, quippe superioribus quidem necessitas munet, administrationis finem, huic autem propria voluntas facit, ac satis abunde sufficit, si cui, vel in paucis amici labore consulatur, secundum quæ super his quidem quæ nec tutor, nec curator constitutus vltro quis administravit, cum nontantum dolum, & latam culpam, sed & leuem præstare necesse habent, à te conueniri potest.*

7. Hic latæ dumtaxat & leuis culpa, non etiam leuissima sit mentio, ut hanc silentio Imperatores præteriti non fuisse, si & ipsa præstanta esset.

8. Secundò. Confirmat insuper hanc sententiam non parum, quod ex huiusmodi quasi contractu negotiorum gestorum, nihil planè commodi ad gestorem perueniat; sed totus contractus ad solius Domini, cuius negotia gesta sunt, utilitatem spectet, atqui certi, & expediti iuris est, quod cum contractus ad solius creditoris, & agentis pertinet commodum, debitor de leuissima culpa conueniri non debeat, *lib. 5. ff. commodat.*

9. Tertiò. Præterea, si ad exactissimam, & summam diligentiam negotiorum gestor ne obligatus esset, atque de leuissima culpa teneretur, nemo facile alterius negotia curatur, & suscepturus esset, cum præsertim mero amore Domini, nec ullo lucro adductus, negotia aliena quippe suscipiat; hinc sapè maximo cum derimento absentium, indefensa relinquentur ipsorum negotia, ad quæ tamen gerenda amici inuitanda potius videntur *d. §. fin. inst. 10. de oblig. qua quasi ex contrah.*

10. Quartò, accedit his *Texus in recept. sent. Pauli l. 1. titul. 4. pr. vbi dicitur, qui negotia aliena gerit & bonam fidem, & exactam diligentiam rebus eius, pro quo interuenit, præstare debet, exactam, ait Imperator,*

*Sup. his ma-
gis late in
Res. seq. §. 2.
Hoc suppon-
it & ieqq.
& in aliis
cius not.*

Tractatus Tertius

46

rator, non exactissimam, at qui exacta diligentia opponitur culpa leui, exactissima vero culpa leuissima, proinde cum a negotiorum gestore exigatur dumtaxat exacta diligentia significatur, ipsum de leui saltet culpa teneri.

11. Quinto, cui simile est quod in l. si pupilli 6. §. ult. ff. de negot. gest. a negotiorum gestore exigitur, ut diligens sit, non etiam visit diligentissimus, cui consequens est in negotiorum gestore culpam leuem, & non leuissimam vindicari?

Sup hoc in
B. not.
praeferre a
principio

12. Sed hic etiam intrat alia curiosa questio, nam haereses tutorum a negotiorum gestore perfererint, habent rationem negotiorum gestorum, & aduersus ipsos actio negotiorum gestorum tenetur eo sanè quod dolo, aut culpa tutoris perperam gestum est, datum in haeres actione l. C. de h. iur. in. fed. utrum de dolo saltet, & lata culpa san ver etiam de leui culpa defuncti tutoris conueniri possit, controversum est.

Sunt enim, qui hoc affirmandum existimant, è quatuor numero sunt Cuiac. 13. obseru. 30. & 21. obseru. 2. Notam 1. amicab. resp. 23. Mercerius 2. opin. 24.

13. Primo. Etenim constat inter omnes actionem turca non solum de dolo, & lata culpa, sed de leui etiam culpa competere l. 23. ff. de reg. iur. atqui haec actio tutela in haeres est transitoria, ut quæ ex quasi contractu descendat, & rei sit persecutoria §. 1. de perpet. & temp. act. Hinc itaque dicendum videtur haereses quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

14. Secundo. Accedit, quod cum haereses tutoris de dolo defuncti, adeoque de eius delicto conueniantur, multo facilis de leui culpa conueniri possit.

15. Tertio. Idem confirmat l. 4. §. 1. ff. de fiduci. vbi Vulpianus Negligentia ait: planè propria heredi non impunitabitur; ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligencia haeredi imputari colligit.

16. His tamen non obstantibus mihi placet opinio Antonij Fabri l. 1. coniecit. 12. qui contendit haereses tutoris de lata solum culpa, non etiam de leui teneri.

17. Primo. Hoc siquidem expressè Vlp. confirmat in l. 4. ff. de magistr. conuenient. In qua non similiter ait, haeres magistratum ut ipsi tenentur; nam nec haeres tutoris negligentia nomine tenetur; nam magistratus quidem in omne periculum succedit: Haeres ipsius culpa proxima succedaneum est. His verbis diserte asserti Vlp. haeredem tutoris negligentia nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quam culpan leuem intelligit.

18. Responder Cuiacius, quod Vlp. dicit, haeredem tutoris non teneri negligentia nomine, id non de negligentia tutoris, sed de propria ipsius haereditis negligentia exaudiendum; Verum præterquam quod hoc diuinatorium sit, refellitur etiam ed, quod haeredem tutoris similem dicit Vlp. haeredit Magistratus, atqui Magistratus haeredit nulla potest esse propria culpa in eo, quod non idonee satis datum sit, relinquitur itaque quod haeres negligentia tutoris nomine non conueniat: accedit, quod longe facilius quis de propria culpa, quam alterna tenetur? Si itaque, ut Cuiacius concedit, haeres tutoris non tenetur de culpa propria, multo minus conueniri poterit de culpa aliena, tutoris videlicet. His addit, quod I. C. subiectat haeredem culpa dolo proxima succedaneum esse: quibus verbis luculententer Vlp. significat, sibi de culpa ipsius tutoris, ac Magistratus, in quam haeres illorum succedant sermonem esse.

Sup. hoc ad
litteram in
6. Secundo
de qua Ref.
b. q. sed in
fine aliquib
additis.

19. Secundò. De qua culpa haereses magistratum tenentur, de eadem, & haereses tutorum conueniri queunt. Siquidem ad haereses tutorum, ad haeredem Magistratum, & vice versa quoad propositum thema bonum, ac validum argumentum duci, probat l. 4. & l.

6. ff. de magistrat. conuenient. Atqui haeres magistratus de culpa solum lata conueniri potest l. 2. C. de magistr. frar. conuen. In qua Alexander Imperator in haereditate magistratus cuius non lata culpa pupillo non fit idonea cautum, aut non solere actionem dari: Et in l. 4. ff. cod. i. Haeredit magistratus tenet si tanta fuerit magistratus culpa, ut omnem cautionem omittatur. Item non alias in haereditates actionem dandam, quam si evidenter magistratus cum minus idoneis fiduciis, utibus contrahat: Quocirca, & tutorum haereditates non de alia, quam de lata culpa conueniri poterunt.

20. Responde hic quoque Mercerius adductam l. 4. magistrat. conuenient. intelligendam de culpa ipsius haereditis propriæ, quam contraxerit in perficienda illis, quæ per tutorum defunctionem inchoata, non vero absoleta fuerunt, & perfecta l. 1. & l. ostendimus ff. de fidei. & nominat.

Secundum, hanc, & Mercerij responsionem ad Vlpiani responsionem non quadrare dicendum est.

R E S O L . XXVII.

An haereses tutoris de leui culpa tenentur? Et supponitur tutorem, vel curatorem teneri de dolosa, & leui culpa. Et notatur quod in contractibus, aliisque negotiis interdum, sub quo & lata culpa coninatur, interdum leuis, interdum leuissima culpa praestanda venit. Dolus, & lata culpa praestanti in deposito. Culpa leuis praestatur in empte, locato, in date, in pignore, & in societate. Diligentia, sine leuissima culpa, (que duo, sibi inimicis opponuntur,) est praestanda in commendatio. Ex parte 7. & Milc. 7. Ref. 49.

§. 1. A Ffirmatur responder Cuiacius lib. 13. obseru. 2. & lib. 1. obseru. 2. Hotomanus lib. 1. arguit. ticipab. resp. 2. Mercerius lib. 2. opin. 24. affert enim, hinc actionem tutela non solum de dolo, & lata culpa, sed de leui etiam culpa competere, l. 2. ff. de regul. iur. Atqui haec actio tutela in haereditate est transitoria, ut quæ ex quasi contractu descendat, & rei sit persecutoria §. 1. de perpet. & temp. act. Hinc itaque dicendum videtur, haereses quoque tutoris de leui culpa conueniri posse.

2. Accedit, quod cum haereses tutoris de dolo defuncti, adeoque de eius delicto conueniantur, multa facilium de leui culpa conueniri possint.

3. Idem confirmat l. 4. §. 1. ff. de fidei. vbi Vlpianus neglegentia ait, planè propria haeredit non impunitabitur, ex quo Cuiacius, ergo tutoris negligencia haeredit imputari colligit.

4. Verum negatuan sententiam sustinet Ant. Fabri lib. 1. coniecit. 12. assertens, haeredit tutoris de lata culpa, non etiam de leui teneri.

5. Primo, hoc si quidem expresse Vlp. confirmat in l. 4. ff. de magistr. conuen. vbi asserti, Haeredit tutoris negligentia nomine non teneri, per negligentiam autem nil aliud, quam culpan leuem intelligit.

6. Responder Cuiacius, quod Vlpianus dicit haeredit tutoris non teneri negligentia nomine, id non de negligentia tutoris, sed de propria ipsius haereditis negligentia exaudiendum. Verum præterquam quod hoc diuinatorium sit, refellitur etiam ed, quod haeredit Magistratus, atqui Magistratus haeredit nulla potest esse propria culpa in eo quod non idonee satis datum sit; relinquuntur itaque, quod haeres negligentia tutoris nomine non conueniat: Accedit, quod longe facilius quis de propria culpa

De paruitate Materiæ. Resol. XXVIII. 47

culpa, quām de aliena teneatur: Si itaque, ut Cuiacius concedit, hæres tutoris non tenetur de culpa propria, multò minus conueniri potest de culpa aliena, tutoris videlicet.

7. His adde, quod Iustisconsultus subiiciat hæredem culpa dolo proxima succedaneum non esse, quibus verbis luculentur Vlp. significat sibi de culpa ipsius tutoris, ac magistratus, in quam hæredes illorum succedant, sermonem esse.

8. Secundò, de qua culpa hæredes Magistratum tenentur, de eadem, & hæredes tutorum conueniri queunt; Si quidem ab hærede tutorum ad hæredem Magistratum, & vice versa quoad propositum bonum, ac validum argumentum duci probat l. 4. & l. 10. ff. de magistr. Conuenient. Atqui hæres Magistratus de culpa solum lata conueniri potest l. 4. de magistris conuenient, in qua Alexander Imperator in hæredes magistratus, cuius non lata culpa pupille non sit idonee causum, non soleri actionem dari, & in l. 4. ff. ref. dicitur hæredem Magistratus in culpa dolo proxima, hoc est in latam culpam succedere.

9. Et in l. 6. f. eod. r. hæredem Magistratus teneri, si tanta fuerit Magistratus culpa, vt omnem cautionem omittat: Item non alias in hæredem actionem dannam, quam si evidenter Magistratus cum minus idoneis fiduciis sibi contrahant: Quocirca, & tutorum hæredes non de alia, quām de lata culpa conueniri poterunt.

10. Et ego quidem huic sententiæ adhæreo, & ad primum respondeo, actionem tutelæ directam quidem dari in hæredes, sed aliter atque in ipsis tutores, id quod exp̄lē probat l. 4. ff. de magistr. conuenient. vbi Iustisconsultus hæredes Magistratus aliter teneri ait, quām ipsis Magistratus: Hoc teneri etiam negligenter nominet illis verò non item: At hereditibus Magistratus comparari hæredes tutoris docet in eadem l. Vlpianus; & nos idem ostendimus supra; Quare, & hæredes tutores aliter tenebantur, atque ipsi tutores: Hi qui dem eriam de leui culpa; illi verò de dolo solum, & lata culpa.

11. Ad secundum respondeo, non sequitur teneri de dolo, & lata culpa, & teneri de leui, quā longè plus, est de leui culpa teneri, quām de dolo, & lata culpa; Sic depositarius de dolo, & lata culpa tenetur, non tamen teneri de leui culpa l. 5. ff. commod. l. 1. ff. de deposito.

12. Ad postremum respondeo, quando in d.l. 4. §. 1. scribit Vlp. negligentiam propriam hæredi tutoris non imputari, exinde non rete inferri, ergo negligentiam tutoris imputari hæredi.

Et idē nostram sententiam præter Doctores citatos teneri etiam Vurumferus in nucleo iuris controuersi. lib. 1. ti. 26. contr. 5.

13. Nota, quod in contractibus, aliisque negotiis interdum dolus (sub quo, & lata culpa continetur) interdum lenis, interdum vero leuissima culpa praestanda venit, nimirum quatenus vnius, vel alterius, vel utriusque virtutis versatur. Dolus, & lata culpa praestantur in deposito, quoniam sola deponentis non depositari in eo vertitur virtus. Culpa leuis praestatur in empto, in locato, in dote, in pignore, & in societate, cum in iis locis ex virtusque versetur virtus diligentia, sive leuissima culpa (quæ duo sibi iniucem opponuntur) est praestanda in commodato, quippe solius commodantis hic virtus versatur, veluti differentiam hanc ponit Caius I. C. in l. si ut certo s. s. nunc videndum est 2. ff. com-

modar. & Vlp. I. C. in l. contract. 2. 3. ff. de regn. iuris.
14. Hoc supposito, tutorem teneri de dolo s. lata, & Sup. hoc fūt leui culpa, & ideo Villalob. to. 2. tr. 2. 9. diff. c. 7. n. 10. pra. in Ref. sic ait, [Eto officio de tutoris curator no fezase de-
bal, de que lleuan suprecio por ello, y es cierto que le s. Nec ob-
pueden llevat, y assi como este qual contrâcto viene a facer prope-
ser en fauor de ambos, cuando las cosas del menor pe-
finem, à vers.
recieren por culpa del tutor & curador lata, ó leue, Arque, & ex
esta a obligado a restituys; mas no si fuese por culpa s. verom
leuissima, conforme alo que se dixo arriba, donde se communis-
da esto declarado. Ita Villalob. cui addi Machadum ad lin. 5.
tom. 2. part. 7. tr. 8. documenti. 2. n. 4. Fagundez de con-
tract. lib. 1. c. 13. n. 28. & 29. Relbellum par. 2. lib. 17.
quest. unica num. 17. Vallosum in praxi parti. cap. 8.
num. 18.

15. Itaque tutor, seu curator post rationes officij redditas si fidelis deprehensus fuerit, debetur ei præ-
mium, quod in quibusdam locis est vigesima pars redi-
tum bonorum omnium minoris, in aliis autem de-
cima pars.

16. Si autem tutor, & curator, cum tenerentur ne-
gotiari omiserint, possunt pupilli ab eis accipere s.
pro 100. Ita Hermanus Busembaum in medulla Theol.
moral. lib. 2. tr. 5. & 7. pr. c. 4. dub. 1. n. 1. & Emanuel Sà
verb curator, n. 1.

R E S O L . X X V I I .

An in præcepto gestandi Tonsuram Clericalem detur par-
vitas materia?

Et quid, si in Sacris ordinibus initiatus Tonsuram non
deferat, an peccet, & quid autem si sit tantum in mi-
noribus ordinibus? Ex p. 5. tr. 5. Ref. 60.

§. 1. A liqui, vt Panormitanus c. 4. de vita & hone-
stato Clericor. indistinctè affirmans peccare
mortaliiter Clericos Tonsuram non gestantes; cui senti-
entia videatur fauere Richardus in 4. l. 24. art. 1. q. 1.
docens grauiter peccare eum, qui scienter ordinatus
sine corona, quia in cap. q. 2. art. 23. præcipitur sub
peccato excommunicationis.

2. Sed Henriquez lib. de Ordin. c. 11. §. 1. tenet ab-
solute negatiuum sententiam, & Caier. in sum. ver. pec-
cata Clericorum, tenet id non esse mortale, secluso con-
temptu, & contumacia, quia in iure Canonico haec
obligatio, vt pater, non præcipitur sub verbis indican-
tibus grauem obligationem.

3. Verum mihi placet media sententia. Dico igitur
peccare mortaliter Sacris Ordinibus initiatum, si Ton-
suram non deferat; secus autem si sit in minoribus Or-
dinibus. Ita Sotus in 4. l. 24. q. 2. art. 3. concl. 2. Sylue-
ster ver. Clericorum 2. §. 2. Armillia eodem ver. n. 11. An-
gelus eodem ver. 4. n. 1. & alij.

4. His suppositionis respondeo ad quæstum præsen-
tis resolutionis affirmatiuē, cum Iacobo Granado de
Sacram. in 3. part. contr. 9. tract. 4. disp. 3. n. 8. vbi si ait.
Vtus corone tanquam rei magni momenti est anti-
quisissimus, & in iis qui Ordinem sacrum receperunt,
vbi receperissimum gestare Tonsuram, adeo vt vix sine
gravi scandalō emitti possit, quæ sane indicant tem-
hanc non esse leuis momenti, nec solum obligare sub
veniali, non tamen iudicari debet lethale peccatum,
si per vnum, aut paucos dies non gestaretur corona. Ita
ille, & ego.

In indice primo huius Tom. 8. Legi Apendicem ad hunc Tract. 3. Vbi immenses alias plures Diffic. missas, & disper-
sus per alios Tom. Tract. & Ref. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 3. de paruitate Materiæ.

TRACT.